



*Pro Biblioth: Archiep: Calvome:
S. Crucis O. S. B. sub VV in. A.*

**MEMORABILIS
VICTORIA
DE
SZEREMETHO,
Exercitus Moschorum Duce:
Tum & Duobus Cosacorum Exercitibus;
ARMIS & AVSPICIIS
SERENISSIMI
IOANNIS CASIMIRI
POLONIARVM & C. & C. REGIS**

POTENTISSIMI,

Ad Cudnouiam Reportata.

Anno Dñi. M. DC. LX. V. Nouembrü.

Scripta per Reuerendum

IOANNEM ZIELENIEVVICIVM,
Ecclesiæ Parochialis Casimiræ In-
ferioris, Præpositum, Ibidemq;
Decanum.

Anno Dñi. M. DC. LX. VIII. Die VII. Febr:
Superiorum Permissu.

C R A C O V I Æ,

apud Hæred: SCHEDEL, S. R. M. Typ.



197

Archid. S. Crucis O. S. B.

ORTHODOXÆ MAIESTATI,
Serenissimo, & Inuictissimo Prin-
cipi, ac Domino, D.

IOANNI CASIMIRO
Dei Gratiâ, Poloniarum

REGI POTENTISSIMO,
Magno Duci Lithu: Rufsiaë,
Prufsiaë, Mazouiaë, Samo-
gitiaë, Liuoniaë, Smolen-
sciaë, Czerniehouiaë, &c.

Necnon

Suecorum, Gottorum, Vādalarumq;
HÆREDITARIO REGI.

Principi Clementissimo.



E eo nomine Ma-
iestatem Tuam
compellare pla-
cuit REX Poten-

tissime, quo Te, pro Magnis
ac Iustis Titulis Summus Ec-
clesiæ Catholicæ Antistes
ALEXANDER VII. nuper do-
nauerat. Regias ille Tuas
admiratus Virtutes, eam,
quæ emineret cæteris, præ-
tulit. Et licet supra legem
esset, præscriptas tamen se-
cutus leges, à potiori Tuam
Maiestatem denominare,
decreuit. Ita enim censebat
Optimus Pontifex, tot præ-
clarissimis Maiestatem Tu-
am stipari virtutibus; at
Religionem illis præcelle-
re, præesse zelum, primice-
riam

riam præire Pietatem. Non
ab simili ingenio facundissi-
mus Romanorum, vnicam
Animi Moderationē, in suo
Cæsare luculenter prædica-
uerat: quasi missas faceret,
tot clarissimas eius victori-
as, negligeret Triumphos,
Trophæa postponeret. Eò,
quòd illorum quosdam ha-
beret socios: vt Duces, Mili-
tes, studia vicinorum, vecti-
galium abundantiam; il-
lam verò, adeò sibi propri-
am, vt nemini in eam quæ-
situm ius esset. Vt Tuæ Ma-
iestatis omnes collaudaren-

tur virtutes, Elogio tanti Pontificis, deprædicanda. fuit, omnium Magistra, Religio, Tuæ Maiestati propria virtus, accepta à Maioribus legitima Hæreditas, Regiæ Tuæ Gazæ potissimum Pignus. Et si Maioribus, non minùs in Virtutibus, quàm Sceptris succedere gloriosum, in ijsdem excellere insigne ac splendidum Gloriæ Aucuarium; extra dubium, Maiestati Tuæ, Orthodoxo Iagelloniano sanguine nasci, ac Pietati cum Imperio succedere, pulcherrimum,
in

in ijsdem clarissimis doti-
bus cæteris eminere, im-
mortale Gloriæ monumen-
tum. Venit ob oculos Iagel-
lonum Poloniæ Regum gra-
ta memoria, tot suscepti
pro Religione & Republica
labores, tot Nobilissimi Tri-
umpho; at inter ista immor-
talitatis pignora, Religio
Principatum vendicat, præ-
fertur pietas, propagandæ
Orthodoxæ veritatis zelus,
cæteris palmam præripit.
Evidentissimam ingratitu-
dinis notam non euitaret
posteritas, si tot Bellicos

Maieftatis Tuæ sudores, tot
Victorias, tot piiffimos pro
publica tranquillitate, glo-
riâ, ac Maieftate Regni, co-
natus, Clementiam in perfid-
os ac perduelles, in alijs
retrò Principibus, planè in-
auditam, non fufpiceret: at
Religionis Orthodoxæ ze-
lum, præ alijs admirabitur,
perenni confignabit me-
morix, Regibus in exem-
plum relinquet. Talem
omninò Poloniæ Regnum,
femper Orthodoxum, quod
accepto femel Euangelicæ
veritatis lumine, nunquam
Hære-

Hæresum tenebris inuolue-
batur, rectè sentiens, ac re-
ctâ veritatis viâ incedens,
Principem agnoscere debu-
it, qui Augustissimo Regum
suorum sanguine progeni-
tus Polonus, Polonis Ortho-
doxis, imperaret Orthodo-
xus. Vt Antiquiora taceam.
Plurimum Polonia debet,
SIGISMUNDO I. quondam
Regi suo; qui Lutheranae de-
fectionis Dogmata, tunc
nascentia, in herba oppres-
sit: latè alibi serpentina, in-
signi pietate, ac zelo, Re-
gno prohibuit: ardentibus

circumquaq; Regnis ac Pro-
uincijs, Poloniam ille, ab im-
minentis flammæ voragine,
feliciter vindicauit. Diuino
in gratijs referet Beneficio,
datum sibi Regem STEPHA-
NUM Bathorem, bello an
pace clariorem? utroq; fæ-
licissimum. : at Religioni
Palmam deferet. Rex enim
iste Religiosissimus, Hæresi-
bus in Poloniæ fines pedem
inferre conantibus, seriò re-
stitit, illosq; Altiatos, Blan-
dratas, Stancharos, ac Fran-
chenos, aliaq; pestifera Do-
gmatistarum monstra, pe-
pulit,

pulit, ac Regno facessere
còégit. Sed Inuictissimo
SIGISMUNDO III. Maie-
statis Tuæ Desideratissimo
Parenti, eiusq; Augustæ me-
moriæ, quæ altior Pyramis?
qui firmior Colossus? De-
uictorumnè Hostium Myria-
des? Turcarum Imperator
Osmanus, cum ingenti e-
xercitu, ex variarum genti-
um ac populorum colluue
conflato fusus, ac pacis le-
ges accipere coactus? Tum
& alij Potentissimi Hostes
profligati? Immò Memphy-
ticis Pyramidibus altior Pi-
etas,

etas, Rhodij Colossis zelus
diuturnior, ac ea, mundi su-
perans miracula, Religio.
Gloriosissimi Regis VLADI-
SLAI IV, Tuæ Maiestatis o-
ptatissimi Fratris, Martialia
facta, domitos potentissi-
mos Hostes, sæcula prædi-
cabunt, ac illum, Terrorem
Barbarorum, iurè vocabūt:
sed diuturniori Gloriæ, con-
tra Anabaptistas Zelus, ac
Leges, contra impietatem
latæ, eius Maiestati inserui-
ent: colloquium Thorunen-
se, summa ipsius Pietate
promotum, Constantino
Magno

Magno coæquabit: & Posteritas, si Bello & Pace verè magnum; Pietate nominabit maiorem. Vt paucis referam. Regnis, ac Regibus eiusmodi Tua Maiestas successit, qui Orthodoxam coluere Pietatem, acerrimis Fidei Propugnatoribus, Romanæ Ecclesiæ Deuotissimis, nullis te vnquam (quibus alij implicabantur Principes) Schismatibus, contra illam immiscentibus. At quid de Te REX Potentissime dicam? Parum Tuæ Maiestati visum, pijsissimis succel-

successisse REGIBVS, nisi
Maiorum præclara æmulat^o
facinora, cæteris præcelle-
res. Iagellonianus & Austri-
acus Sanguis . Augustissi-
mus, vterq; Orthodoxus,
Tuam Maiestatem, cum Pie-
tate edidit, Religione enu-
triuuit, Regijs auxit, muniuit,
& ornauit Virtutibus. Vt
non immeritò, Summus Ec-
clesiæ Orthodoxæ Antistes,
aliquot ab hinc annis Hostes
Catholicæ Religionis Sue-
cos, Moschos, Tartaros, Go-
facos, Dacos, Moldauos, ac
alios conspirasse, Bellum

Tuæ

si
2
-
i-
-
s,
-
-
s,
t
-
s,
s
-
-
c
o
Tux Maieftati indixiffe, ac
omni promouiffe conatu,
Paternè condolens, planè
naufragio proximam con-
fpicat⁹ Polonæ Reipublicæ
Nauim, dum à Superis Tux
Maieftati auxilia aduocat ac
conciliat, atq; ad imploran-
dam è cælo opem, condo-
nationes erratorum fide-
libus impartitur; in publico
Diplomate Maieftatem Tu-
am, honorifico Titulo Regis
Orthodoxi, publico nomine
dignatur, nominat, ac Orbi
vniuerfo denuntiat. ALE-
XANDRI Magni in rebus
Belli

Bellicis, quispiam de se desiderabat iudicium, non sustinens celebrari ab eo, qui Martiæ Palæstræ planè rudis fuisset. Futurorum temporum calculo, REX Potentissime, Orthodoxus prædicaberis, qui Alexandri Maximi iudicio talis es habitus, & declaratus. Potentissimi inter Christianos REGES, Summorum Pontificum, uti in omnibus, ita in Religione magni semper fecerunt, & faciunt de se iudicium: & præ alijs Regnorum suorum Titulis, Christianissimi, Catholici.

tholici, Fidei defensores eligunt nominari; quòd ista honorifica Nomina, gravissimo Summorum Ecclesiæ Antistitum iudicio obtinuerint. Inuictissimi Galliarum Reges, insignibus in Ecclesiam meritis Clarissimi, & vel maximè Pipinus, & CAROLVS Pipini Filius, & alij longa serie subsequentes Reges, Religionis Catholicæ Propagatores, Extirpatores Hæresum, Romanorum Pontificum studiosissimi, quos etiam difficillimis temporibus, præsentì ope,
à Ty-

à Tyrannorum rabie stre-
nuè defenderunt, ac Re-
gnum suum oppressorum,
Pontificum Asylum, ac re-
fugium, insigni liberalitate,
Auenione Romanis Põtifi-
cibus donatâ, esse volue-
runt. Illi opulentissimorum
Regnorum, ac tot Domi-
norum Maiestate parùm se
ornatos existimant; ni Chri-
stianissimorum Regum Au-
gusto Nomine insignirentur;
eum Titulum à Roma-
nis Pontificibus consecuti,
quo Liliorum suorum Can-
dorem & fragrantiam Orbi
Chri-

e. Christiano grato repræsen-
e. tant odore, fugant Hæreses,
o. Barbaris terrorem incuti-
- unt. Potentissimis Hispaniarum
; Regibus, tot Europæ Regna, tot
- Africae littora, tot Orientis, & Occiden-
- tis Insulæ, immensorum
- Marium Dominia parùm fo-
: rent; nisi Catholicorum Re-
- gum, à Romanis Pontifici-
- bus Titulo donati, eodem
- ceu coruscanti lumine præ-
- fulgerent. Primus illorum
- Adelphonsus, Religiosissi-
- mi Regis Richaredi, (qui
- primus ex Gottis Regibus
Catho-

Catholicus, gentem illam
Fidei Catholicæ restituerat,
Machometanam è Regnis
suis impietatem proscripse-
rat, Tempia reparauerat, &
quem Regni Antistites, Sy-
nodaliter congregati, Ca-
tholicû salutarunt,) fangi-
ne genitus, eum assumpsit
Titulum, & in publicis in-
strumentis, Catholicus vo-
cari voluit. Verùm dum e-
ius posteris, eo nomine orna-
ri quodammodò neglexif-
sent, FERDINANDVS Aragoni-
us Hispaniarum REX, ho-
noricentissimum. Regis
Catho-

m
t,
is
e-
&
y-
a-
ii-
fit
n-
o-
e-
a-
f-
i-
o-
is
-
Catholici Titulum, sibi ac
Posteris suis, Hispanorum
Regibus renouari à Iulio
Secundo, Summo Pontifice,
impetrauit: feliciùs tot Re-
gna, Maria, Insulas, guber-
naturus, dum Catholico no-
mine exornaretur. Quod
ille nomen, insignib⁹ suis in
Rempublicam Christianam
meritis adeptus est; dum
memorando posteris Fidei
Catholicæ zelo, è suis Re-
gnis Mauros, Machometa-
nos exegisset. Et si ille pro
ea Pietate dicendus Catho-
licus, iure meritò REX po-
ten-

centissime, apud posteros
audies Orthodoxus; quòd
Anabaptistarū, Mauritanæ
impietati non impari, Athei-
simo, Regna tua liberaueris,
Angliæ Reges hucusq; et si
Catholicæ Religionis exor-
tes, Defensorum Fidei Ti-
tulo gloriari non desistunt:
eò, quòd nomine isto, à LEO-
NE Decimo Pontifice Ro-
mano, HENRICVS Octauus,
Angliæ REX donatus fuerit.
Dum enim Lutherus ab Ec-
clesia Catholica deficiens,
contra eandem strinxisset
calamum, præfatus REX
HEN,

s HENRICVS, pio (vt à princi-
d pio videbatur) zelo, arma
æ literaria arripuit, ac iustis
i- rationibus allatis, Lutheri
s. audaciæ, scripto publico se-
fi se opposuit: à LEONE pro-
- indè laudatus, datisq; lite-
- ris, glorioso Titulo Defenso-
: ris Fidei salutatus est, quem
- ille tanti fecit, vt cùm po-
- stea infano amore Annæ
Boleniæ captus, contradi-
centiq; Leoni, exinde infen-
sus, ipsius summam Aucto-
ritatem impugnaret; eum
Titulum retinuerit, ac in ho-
diernum vsq; diem Regibus
An-

Angliæ, pro insigni decora-
mento reliquerit. Et quod
mirandum magis: ELISABE-
THA Angliæ quondam Regi-
na, tanta hostilitate Ecclesi-
am adorsa, vt fuso tot inno-
centum, Catholicorum,
Martyrum sanguine planè
rubuerit, præferre autem
eum titulum, ac se Fidei de-
fensatricem nominare pu-
blicè non erubuit. Si eorum
Principum Maiestatem, à
Religione deriuata deco-
rât cognomina; Regium e-
tiam Maiestatis Tuæ, Diade-
ma ornabit splendidissima
nomi-

2-
d
E-
i-
i-
-
s
è
n
-
i
-
.
nominis Orthodoxi Gem-
ma. Multòq; augustiùs, præ
alijs Polonorum REGIBVS,
futuræ Posteritati relinquet
vocabulum, gratam Tuæ
Maieſtatis in ſæcula reno-
uans memoriam, ac prouo-
cans deſiderium, ſuiſq; Fa-
ſtis nomen hoc præclarifſi-
mum Polonia conſignabit,
ac Principib⁹, quos à varijs
virtutibus, immo & corpo-
ris formâ, varijs Maiores in-
ſigniuere nominibus, vt
Chabrijs, Audacib⁹, Criuo-
ſtis, Crispis, Albis, Pudicis,
Nigris, Probis, Locticis; ac

B

etiam

etiam Cognominib⁹, Maie-
statē Tuā, Regib⁹, vt Casimi-
ro Iusto, Casimiro Magno,
Casimiro è Lithuanīæ Duci-
bus Poloniæ Regi, adnume-
rabit, & CASIMIRVM adscri-
bet Orthodoxum. Impa-
rem se quidem agnoscet Pa-
tria, in rependendis Tuæ
Maieitati Beneficijs, dum
tot sudores bellicos, tot
curas pro publico bono su-
sceptas, Nepotibus nar-
rabit; tot discrimina, tot
post pericula victorias no-
tabit, illud Vatis læta pro-
ferens:

In-

*Ingentes geminant discrimina
magna triumphos; **

et agnosceret in tantis se fuisse
angustijs, vt nisi Diuina Pro-
uidētia, Tuæ Maiestati Polo-
ni Regni Imperium detulif-
set, iam ab omnibus *Mysor-
um postremi*, aut *Præda
Mysorum* probrosâ paræ-
miâ vocaremur. Testis ad-
est Cudnouiensis Maiesta-
tis Tuæ Victoria, planè ad-
mirabilis, Tuæ dicata Mtī,
Orthodoxo & Potentissimo
Principi, ei, qui religionis
zelum, cum bellica fortitu-

** Claudi de Bello Getico.*

B 2

di-

dine, ac Politica prudentia,
felici vinculo coniunxit : Ut
non minùs Maieſtas Tua, pro
Regnorum ſuorum finibus,
quàm Orthodoxæ Religio-
nis promouenda latitudine,
contra varios hoſtes, toties
victor, pugnauerit. Quod
reliquum, Grata Patria, vo-
ta ſua coram Diuina ef-
fundit Clementia ; Tuæ Ma-
ieſtati, longam annorum
ſeriem, Triumphos in dies,
ac regimen deprecans fe-
liciſſimum. Faxit Altissi-
mus vniuerſi Moderator,
vt Religioni & Patriæ, glo-
rio-

riofissimè ac diutissimè vi-
uas Rex Orthodoxe, tre-
mentibus Barbaris, ac Tuæ
Maieſtatis pedib⁹, colla sub-
mittentibus, ipsaq; Otto-
manica Luna, tandem Pul-
lam induta Eclipsim, & alia
quæcunq; erratica sidera,
adorent Gentilitium Mani-
pulum Tuum.

Datum Casimiræ, Die vij. Februa-
rij. Anno M. DC. LX. VIII.


ORTHODOXÆ MAIESTATIS
TVÆ

Humillimus Seruus,
& Indignus Exorator,

IOANNES ZIELENIEVVICZ,
Præp: ac Dec: Casim.

B3

AP-




APPROBATIO.

Victoria de Szeremetho, &c.
DEI prepotentis ope, & Ar-
morum Serenissimi REGIS Do-
mini nostri, dexteritate ac felici-
tate parata, ut perenni fruatur po-
steritatis memoriâ, permitto eam
prælo euulgari. Anno Dñi, 1668.
Die 20. Aprilis.

Hyacinthus Liberius, S. T. D.
Prepositus SS. Corporis Christi,
Canonicorum Regul: Libro-
rum in Diœcesi Crac:
Censor. m. pr.

Memo-





Memorabilis Victoria,
DE SZEREMETHO
Exercitûs Moschorum Duce,
Tum & Duobus Cosacorum Exerci-
tibus,

ARMIS & AVSPICIIS
SERENISSIMI
IOANNISCASIMIRI
Poloniarum, &c. &c.

REGIS POTENTISSIMI,
Ad Cudnouiam reportata.

Anno Dñi. M. DC. LX. V. Nouembrũ.



Osteaquam rebelli-
um Cosacorum perfí-
diã, inVkráiná, alijf-
qué Ruffiã Prouinci-
is, Moschorum Prin-
ceps vires suas stabi-
liuerat; fatigatis admodum Polono-

rum Armis, quæ non in vnus hostis, in perniciem Poloni nominis conspirantis, ceruicibus exercuerant; minimè sibi vacandum existimans, valido cum exercitu, Szeremethum, probatæ sibi Fidei, virtutis. & dexteritatis Ducem, in Regias Russiæ Præuincias immittit, exquisitissimo apparatu bellico, ac omnis generis utensilibus, tum ingenti pecunia instructissimum: qui coniuncto, cum Cieciora Rebellium triginta millium Cosacorum Duce, exercitu; alterum, itidem rebellium Ducem Georgium Chmielnicium, cum quadraginta suorum millibus expectaret: eiusmodi dein auctus viribus, ipsa Regni viscera inuaderet; atq; adeò vniuersam armis appeteret Poloniam.

Cùm Exercituum Regni Duces, varios exploratores ad indagandas
hosti-

Ad Cudnouiam reportata. 3

hostium vires atq; consilia expedi-
uissent, exiguo, aut nullo effectu ple-
risq; eorum redeuntibus; vnus tan-
dem, hostib⁹, ad amissim eorum ex-
ploratis consilijs, sagacissimo inge-
nio illufit. Quæ eo ordine Duces ab
ipso accepere. Varijs ille ar-
tibus efficere conabatur, vt se mili-
tiz Moschouiticæ Proceribus insinu-
aret; sed suspectanti nimium, & cir-
cumspectæ Genti imponere, supra
suum erat conatum. Tum quòd (in-
fita Moschis barbarie) exoticos auer-
sarentur. tum quia, nullæ ibi com-
mestationes, aut conuiuia, Genti ni-
mum frugali, essent in vsu: & si ali-
quando benè potos inuenire fors de-
derat; non vocatum illum, vt im-
portunum, abs se abigebant morosi.

Rebus sic stantibus, vacuo illi,
& non informato abeundum fuif-
set, si non in tempore optimum arri-
puif-

puisset consilium. Misso cum Mo-
schis contubernio, Cosacis se immi-
scuit, quorum crapula, & ingluuies,
rei rectè gerendæ modum sibi ape-
ruerat. Russicum Idioma rectè cal-
lebat, agresti veste indutus, raso ad
modum Cosacorum capite, Sclope-
to, alijsq; eorum consuetis accinctus
armis, nullo negotio in numerum
admissus. Nomen sibi Russicum,
Deynek, illis aliàs consuetum, as-
sumpsit. Et quò se Zaporohensem
Cosacum faciliùs fingeret, In dies lu-
culento vase, elementarem aquam,
locò Cremati, seu spiritùs siliginis,
(quo potu Cosaci supra modum utu-
tur,) potabat; Ut indè temulentia
assuetus, atq; adeò illorum similis
iudicaretur. Quos etiam, sibi occur-
rentes, amicè compellabat, ac fre-
quentibus alliciebat poculis: fidibus
etiam ad eorum morem canendo.

Pole-

Ad Cudnouiam reportata. §

Polonum nomen execrari, extollere.
Cofacos, ac eorum probare causam, è
re omninò erat illi. Vnde effectum,
vt illum Virum fortem, atq; Magna-
nimum, pleriq; Cofacorum concla-
marent. Cùm etiam sua prætereun-
tibus statua Cofacorum Primoribus
festiuè occurreret, ac consueto potu
salutaret; in tantùm suæ fidei, ab
ipsis tributum, vt ad præcipua expe-
dienda consilia, apud ipsum locum
delegerint.

Varia illi de Moschis, ac rerum
apud ipsos statu differebant: quâ
gratiâ apud Principem Moschorum
Cetsura præpolleat: quibus inducti
rationibus Chmielnicium Ducem
suum abnuant: vel maximè exinde;
quòd inter Exercitûs sui Primores
plurimos habeat, qui Regiâ Clemen-
tiâ, ac Liberalitate deuincti, vt ad
Regium, cum exercitu, redeat obse-
quium,

6 *Memorabilū Victoria,*

quum, seriò persuadere nituntur. Ob eam causam, silentiò, supremum, in exercitum Cosacorum Imperium, Cetsuræ delatum: nè interim arcanum euulgaret, admonito. At breui mysterium hoc Chmielnicio; (quod opportunè adiuuit partes Regias) innotuit; hic enim Cetsuram maiorem suum, præ Polonis, hostem iudicans, in id omnes intendit curas, quomodo illum de medio tolleret, seq; ac suos Moschorum iugo absolueret. Plurimos etiam Chmielnicio addictos, illius Imperium Cetsuræ præferre, secretò id tamen agentibus Cosacis, qui partibus Regijs, apud Chmielnicium studebant.

Moschorum etiam exercitu inspecto, videre erat, illum viribus Cosacorum niti, ideoq; breui Polonorum virtute frangendum, plerisq; illo-

illorum dilabentibus, ac signa deferentibus.

Illud etiam aduertit, malè habere Cosacos, quòd merces suas, pro vili, ac cuprea Moneta, Moschis distrahere cogerentur. In summa, Moschis inuisos, ac pronos in Chmielnicium Cosacos, planè confidenter, & nominatim, ac ferè digito illi monstraùere.

His exploratis, extemplò ad Duces properauit, excusatàq; morà tardioris reditùs, mentem & consiliùm Szeremethi, in hunc recensuit modum. Adfuisse se intìmis Cosacorum consilijs, didicisseq; ab illis, allatas à Principe Moschorum, Szeremetho literas, quibus illi Bellum, in Russiæ Prouincijs pro arbitrio gerendi potestatem, faceret, eiusq; virtuti, Fidei, ac Industriæ, omnia in vniuersum committeret.

Vix

§ *Memorabilis Victoria,*

Vix credibile, quantā gestiret lætitiā Szeremethus, tantis à Principe suo arbitratus se exceptum honoribus, dum ipsius prudentiæ, & arbitrio, res tanti momenti committerentur.

Nec mora, Senatū Militarem conuocat, quidū in præfenti, de modo, & ordine Belli gerendi sentirent, suam quisq; mentem expromeret, imperat. Primū dicturo votum Censuræ, hæc præfatus est Szeremethus.

Age Fidelissime Principis mei Minister, qui deserto Wyhouio, & Nimirium de medio tulisti: eò, quòd illi, auulsis à partibus Principis mei Cosacis, eosdem ad obsequium Peloni Regis abduxerint. Audiam libentissimè animi tui sententiam. Eundem est mihi in Regni viscera, an in his locorum angustijs expectandus Hostis? Tuà interest, ut subla-

Ad Cudnouiam reportata. 9

" sublatâ omni morâ, supremam
" hanc à meo Principe tibi in exerci-
" tu Cosacorum collatam Præfectu-
" ram demerere. Firmum tibi sit,
" nunquàm te illâ priuandum:
" dum Chmielnitius, tardiùs quàm
" par esset Principis mei causam pro-
" mouendo, eâ se minus dignum ex-
" hibeat.

Eiusmodi blanditijs inescatus
Cetsura, in hunc modum exorsus est,
" Exercitûs tui, Imperator, vti nu-
" merus, ac vires, ita & singula probè
" mihi sunt nota. Disciplinæ vigor,
" vel maximè exinde; quòd debita in
" tempore persoluantur stipendia.
" Veterani ferè omnes, ac varijs bel-
" lorum casibus exercitati, armis,
" equis, annonâ, alijsq; bello neces-
" sarijs, optimè instructi; & quod
" maximè spectes, nemini vnquam
" graues; atq; adeò diris, petulanti-
" am.

am militarem, cum lacrymis
pauperum insequentibus, minimè
obnoxij: suis contenti stipendijs; ac
proindè à rapinis alieni, quorum
in tempore persoluedorum æris
& commeatus in exercitu abun-
dantia reddit securos. Rem verò
tormentariam, si inspexero, uti
magno numero, ita & delectu, ac
præstantiâ, exquisitissima ea est, ac
tanto Duce digna. Plurima Cam-
pestria tormenta, adeò artificiosè
suis adaptata sedibus, ut ad quem-
cunq; applicarentur usum, pro lo-
ci ac temporis momento, moueri,
aut amoueri, aut huc & illuc, nul-
lo negotio versari possent, aut ad
debitam dirigi metam. Diligen-
ter dum inuestigare, quisnam ille
esset, cui horum cura in Exercitu
tuo incumberet, intellecto illo pæ-
nè obstupui, tantam rerum spe-
ctan-

stādo abundantiam, pulueris bel-
lici, varij generis globorum, plum-
bi, igni tonando funiculorum,
Selopetorum ingentē copiā. Illic
ferrei Thoraces, aliaq; ferramenta,
armandis peditibus, ac equitibus;
tum varij generis Selopi, incredibi-
li numero visebantur. Oblongæ,
latæ, aliæq; varios ad vsus secures,
Ehippia, Frameæ, Sarculi, ligo-
nes, sportæ terræ apportandæ vel
asportandæ, ac saccorum lineorum
plurimum, Pontes plicatiles; tuta
& plaustra plurima, funium vario-
rum, clauorum, coriorum, & om-
nis generis Castrensium supellecti-
lis copias, utiq; tanta, ut hæc ali-
quot centenis in curribus portari
numerauerim. Ut præteream, iun-
gendis pro necessitate portando-
rum tormentorum equis utensili-
um, magnam vim. Varijs artificio-
bus,

bus, ad vsum, & commoditatem
 belli abundas. Equi iugales vitri
 necessitatem, qui nullo succum
 bentes oneri, sufficienti aluntur pa-
 bulo, vt ludere magis, quàm opus
 suum agere videantur, illorum
 curatoribus, mensuris stipendijs
 sine fraude procedentibus. Varijs
 deniq; bello, ac rei tormentariæ
 opportunis rebus & instrumētis, in
 tantum instructus es, vt bonam
 illorum partem, Kijouensi in Ar-
 ce, deponere sis coactus.

Vbi eiusmodi apparatus em-
 meravit Cetsura, subdidit, sibi non
 occurrere, quid illum moueat, vt Py-
 loclæstra, aliaq; ignium. Missilia
 omiserit, cum ea, ad expugnandas
 Poloniæ Vrbes, sibi sint proficua. Ar-
 riperet in tempore consilium, eaq;
 quantocyus assumeret; iam abhinc,
 non hospitali, sed possessorio iure
 Polo-

Ad Cudnouiam reportata. 13

Poloniam occupaturus. Neq; Regis
tantas esse ad præsens vires, vt sui
exercitûs impetum sustineat. Appli-
caret modò animum, non vana spe
tantùm voluerit, Regem ac Regi-
nam abducturus captiuos. Se qui-
dem cum suis, fidelem nauaturum
operam; ne autem prædarum spe fru-
stratum videat, prospiciet. Aurum,
argentum, vestes, aut quæ tandem in
prædam cesserint, aliorum iuris sun-
to, sibi è Regina Gynæceo tantùm,
quantum placuerit, assumere permit-
teret.

Vbi hunc, fatuo similem finiuit
sermonem Cetsura, Akinfio Palati-
no, animi sui sensum explicare man-
dat Szeremethus. Verùm ille minùs
bellicis idoneum se consilijs, vti nu-
perrimè à Moschorum Principe,
eiusmodi Palæstræ adhibitum, non
tam suffragia daturum, quàm man-
data

data Imperatoria executurum obtulit, quæ sibi Dux pro sua prudentia, committeret.

Ex ordine Dux Kozłouius sententiam rogatus, excellenti Vir ingenio, ac belli sciens, negavit proficuum esse, aut salutare Exercitui Moschouitico Cetsuræ consilium. E re magis esse, totam occupare Vkrainam, ac validis firmare Præsidijs; illam solam abundè suis suffecturam conatibus. Non esse talem exercitûs Moschouitici potentiam, qualem prædicaret Cetsura, neq; Cosacorum tantum tribuendum fidei, qui summa leuitate, in hanc, vel illam partem flectantur. Quotusquisq; Principum, quem illi, perfidè violatò toties Regi suo Sacramento, non sollicitarint? seq; cum omnibus suis, eius imperio non subiecerint? Turca vidit illòs supplices, Tartarus in cōstantia

eorum.

eorum delusus, Transyluaniæ Princeps Rakocius, quantum accepit in Polonia cladis, illorum perfidiæ imputet est necesse. Nec Suecus candida eorum, quam egregiè profitebatur, vsus est amicitia. Quin & noster Moschorum Princeps, quæ sit eorum, & quàm versatilis fides, abundè experitur. His probè perpensis, frustra cum Exercitu in ipsam Poloniam contenderet: possideret potius totam Vkrainam, ac firmaret Præsidijs: vltro venturos Polonos, adscitis sibi in societatem Tartaris, quos inuadere cogitaret, satius in locis tutioribus, vbi frequentes Vrbes, Arces, ac Præsidia, eosdem expectaret; quàm in latè patentes campos eductum Exercitum aperto exponeret discrimini. Illos è contra, in has euocatos angustias, faciliùs frangeret, suppetente sibi abun-

abundè com meatu, ipsos in hac Vr-
 bitum frequentia, quasi obsessos, fa-
 me, & in edia conficeret, ac spe cam-
 pestr̄is pugnae frustratos, eò adigeret,
 vt famelici, plurimos militum amif-
 suri, Vrbes oppugnare cogantur;
 quos laceros, ac eneruatos, integro
 suo ac vegeto milite faciliùs oppri-
 meret. Ageret cum Polonis Strata-
 gemate potiùs, ac consuetis belli, ar-
 tibus, quàm apertà vi, præsertim, v-
 cùm de exercitùs illorum numero,
 ac viribus, nihil certi habeat. Et si
 attritum illum, aut exiguum existi-
 met, videret an sibi proficuum, non
 habitâ certâ scientiâ opinionibus in-
 sultet. In ratione enim belli, mini-
 mus quandoq; error, vix ingentibus
 expiari solet cladibus: more incen-
 dij, quod ab exigua conceptum scin-
 tilla, in magnas excrescit flammâs,
 aduersus humanam opem, & indu-
 striam

friam, pertinaces. Quod superi auertant. Si eorum virtuti impares fuerimus, non facilè illorum ferrum, ceruices nostras euitaturas, quibus solenne est, terga vertenti hosti, pertinaciter, vel cum extremò vitæ periculo, insistere. Sibi quidem parendum esse Imperatorij mandatis; suadere tamen eiusmodi, quæ in exercitûs Moschorum commodum, vergere certò sciret.

Hæc concludente Kozłouio, Szczerbatus planè in contrarium prolocutus.

Non esse rationes, quibus, ab exercitûs, in Poloniam vltiorem, ducendi consilio, auocaretur. Vacuam illam ad præsens milite, ac planè inermem, abs negotio occupari posse, præsertim languido exercitu, ac in Borussia per statua distributo. Superesse quidem in Lithuania, non

contemnendum virtute, ac numero exercitum; sed illum, profligato Chouanscio victorem, recenti adhuc sudore bellico calentem, necdum respirasse. Plurimam esse in Polonia Nobilitatem; sed illos œconomizæ magis, quàm militiæ affuetos, quibus nihil minùs sperantibus, in Poloniam irrumperet, eâ deuastatâ, magnum numerum captiuorum abduceret, & Czarniecio deserere Lithuaniam coacto, Exercitui Polono recolligendi vires modum præriperet.

Auditis eiusmodi Senatûs bellici votis Szeremethus, tumido, ac præferoci elatus animo, certam sibi in Polonia victoriam pollicebatur, maximam Principis sui exaggerando potentiam; qui pecuniâ, armis, hominibus; adeoq; omnibus Rei bellicæ opportunis, in tantùm abundet, vt cladem Chouanscy in Lithuania

acce-

acceptam nihili faciat, qui in diuersis
tærræ partibus, tot alendo exercitus,
bis etiam in mense, nouos delectus
facere, ac nouos armare exercitus
commodissimè possit. Vt demum
Principis sui vires extolleret, ommissis
Palatinis (Woievvodas vocant, qui
sunt Prouincialium exercituum Du-
ctores,) tum & Chiliarchis, alijsq;
Officialibus relictis, Exercituum Du-
ces viginti quatuor, sibi inter illos
sexto in ordine dato loco, nomina-
uit; Woienodarum, Tribunorum,
aliorumq; Officialium; multomi-
nùs gregariorum inire numerum,
sine fastidio non posse, affirmando.
Inde inferens; incomparabiles esse
Principis sui vires, ac nulla humana
ratione frangendas. Se quidem, eius
subditum, demandatam sibi belli
istius, pro arbitrio gerendi Prouinci-
am, latari ex animo; non omissu-

rum proinde, quin ea, quæ ex dignitate, & commodo Principis sui futura cognouerit, quantocyus aggredere retur. Interim non videri sibi, cur in Vraina exercitum Regium expectare debeat. Principis sui eam nunc iuris esse: Præuerrere itaque omninò velle Regionum conatus, quorum per Prussiam distributas legiones, serò in vnum conuenturas certò sciret: sibi verò patere Vrbes, Arces, ac Præfidia, ad famam sui nominis sese vltro deditura. Esse sibi notos Regij exercitûs defectus, constare autem animum; quem abesse omninò arbitraretur: ni ipsa Polonia viscera pedem promoueat, Regem ac Reginam indubitatum victoriæ Trophæum habiturus. Ignarus interim, dum ea loqueretur, imminere sibi funestam malorum Iliadem, ram-

petu-

petulantis arrogantia vindicem.
tu Hæc imprudenter dicta, amen-
de-ti magis finiuit Epilogo : ad effigi-
cur-em enim IESV Christi Saluatoris
pe-conuersus, impia, ac detestabili ora-
n-tione, Diuinæ Suæ voluntati, ac de-
que-cretis, leges præscribere satagens,
is, palam edixit. Agnoscere illum,
le-nolle Saluatorem, nec eo nomine di-
ras-gnaturum, nisi auspice illo, Regem
es, Poloniæ, in conspectum Moschorum
sui Principis, adduxerit captiuum.

si- Perculsi enim uerò, tam inso-
us, lenti dicto exercitûs Primores, oc-
n- cupante, præ nimia consternatione,
in- vultus eorum pallore, blasphema
ro- illum effutiuisse verba, liberrimè
in- admonuerunt, nec tantam impieta-
n- tem abituram impunem, insigni cer-
n- tate ab irato Numine vindicandam
fu- clade, non vano iudicio prædixere.

Excusante illo dictorum suo-

rum rationem, hæc, quæ ipsis di- ill
 splicerent, rectâ suggerente consci- ne
 entiâ locutum: cùm certum habe m
 at, gratiam Saluatoris, vota sua nor gr
 frustraturam. Verba illa, si minū iu
 cautè prolata ipsis videantur, non ser
 illos mouerent; certè præsentem m
 Diuinam opem, aduersus hostes, co
 lacri expectarent animo. Interim de
 audito vocali tubæ signo, cum sui &
 quisq; legionibus, crastina luce no co
 men daturus, in campo compare str
 ret. Sibi esse in animo censionem. ba
 facere, atq; vniuersum lustrare exer en
 citum. Rei etiam tormentariæ ap tis
 paratum, quantus ille, & quàm ex str
 quisitus sit, visuros. Adesse itaq; fic
 ac datis nominibus, sua quisq;, suo bu
 rumq;, quos sub signis habent, si tic
 pendia reciperet. pe

Insequenti die lustrabat suum ita
 exercitum Szeremethus. Egregius co
 ille,

di. ille, ac numerosus. Milites ipsi, ge-
sci. nerorum equorum copia, ac ar-
be. morum exquisitâ præstantiâ infi-
ron. gnes, omnes, ad nutum Ducum
nùs. suorum intenti oculis, ad amussim
on. seruatis ordinibus, quæ sui essent
m. muneris exequabantur. Et si aliquam
, a. cohortem loco moueri contingeret,
m. debita seruabatur gressûs distantia,
suis. & circumactio; adeò, vt si dextrum
no. cornu circumagendum esset, fini-
re. strum in acie immotum consiste-
m. bat, quò tutiùs illud, aliqua ingru-
ser. ente tempestate seruaretur, ac debi-
ap. tis staret ordinibus. Vicissim fini-
ex. stro. dextrum, idem rependebat of-
aq; ficiùm, vt iucundum certè intuenti-
uo. bus, illa equitatûs regulata disposi-
sti. tio, præberet spectaculum. Sed &
m. pedites, miro ordine dispositi, si
gius. standum esset, constantissimi; si lo-
c. co mouendum, agiles, ac sibi præ-
sen.

centes; tanquam ad numerum incedebant, omnis exercitus, ad libellam planè instructus, ac ordinatus: atq; ille non tyro; sed ferè veteranus.

Primo loco, Ducis ipsius Aulica cohors, splendida illa, ac trecentos Milites numerans, censebatur. Sequebatur legio, ex Nobilitate constans, octo signorum, centum sub uno quoq; militantium, apprimè armatorum. Comparuère postmodum, tria millia equitum cataphractorum, exquisitis cum armis, ac præstantibus equis insidentium. Non defuère in exercitu Moschouitico, Germani, aliarumq; nationum Ducetores, ac Tribuni.

Ante illos Wohn Sztaden Chiliarchus, mille pedites, suo more exercitatos, ducebat, sequente Tribuno Kraffortio, eodem planè pedite-

peditum numero. Ianderus Tribunus, mille equites sclopetarios habebat, in tres cuneos, ex militari ordine, egregiè distributos.

Wochu Houen, quinque signa sclopetariorum equitum, totidem Schilitius, vnam repræsentantes legionem, duxere: quos sequebantur voluntariorum, octo equitum sclopetariorum signa, singula centum numerantia, ac composito agmine procedentia. Leuonteuitius tandem, cum mille iaculatoribus, hac in arte exercitatissimis, comparu-
rat.

Ita demum, computatis prædictis, ipsius belli Ducis legionibus; nouem millia nongenti numerantur.

Superuenere Szczerbatij legiones, ab Aulica cohorte, ducentis selectis equitibus constante, censi-

ceptæ. Nobiles postmodum quingenti, suis sub signis aduenere. Dein, duo millia commodè armorum equitum censa, ac mille ducenti sclopetarij equites.

Ad calculum tandem redacti Szczerbatij milites, tria millia nonagenti computabantur.

Dux Kozłouius, iussu Szeremethi, cum selecto exercitu, ab Humano Oppido, (quod notabili Moschouitico tenebatur præsidio) aduolauerat; festiuo tubarum, ac tympanorum clangore & sonitu, dum in acie censeretur, resonante. Pro more, ab Aulica ceptum cohorte, ducentos equites numerante. Nobiles equites, ultra tria millia centum notabantur. Tum Raytri centum supra mille, ac mille pedites, & eius pulcherrimi, quinque millium, ac quadringentorum militum
 exer-

exercitûs, Ductor Kozłouijs, ac sui milites; robur exercitûs, ac optimi Bellatores, reputabantur.

In summa, Moschouiticus exercitus, nouemdecim millia, & ducentos, in suo censu habebat; exceptis, extra ordines, castra sequentibus; quorum, vltra duodecim millia numerabantur.

Cetsuræ Cosaci, quorum triginta erant millia, seorsiuè censebantur. Verùm ille exercitus, Moschouitico comparatus, turba potius, aut pecudum grex, dici debebat: dum incompositi, ac sine ordine campum occupassent.

Eum in modum lustrato exercitu Szeremethus, mensuris persolutis stipendijs, ac primis ad Cotelnam positis castris; quantocytus ad Chmielnicium celeres expedit nuntios, vt extra moram, propera-

tis itineribus, cum suo adueniret exercitu.

De eiusmodi hostium consiliis, ac viribus edocti, ab exploratoribus, exercituum Regni Duces, Regem certiores faciunt: quidē ille hoc in passu præciperet, solliciti expectant.

Rex conuentu ordinum habito, cum Supremo exercituum Duce (eo tunc, longā locorum distantia à latere Regio absente) consilia communicat: euocato interim Supremo Regni Mareschallo, ac exercituum Campiduce, qui plurimis stipatus Tribunis, collatisq; in commune consilijs, Regem adit, quæuē à transfugis, & exploratoribus acceperit, edocet: quo apparatu Regijs Provincijs hostis imminet, quanto numero milites, contra Regium conscripserit, vmbraē similem, exercituum.

icum. Quippè illum intestinis fessum bellis, multis defectibus attritum, nec exiguum reficiendis armis, & corporibus tempus habentem: immo ab ipso ineunte vere, per Æstatem, ac autumnum, continuis cum hoste conflictibus; nec per ipsam hyemem (qua anni parte arma cessare consueuerunt,) vacatione concessa, laborantem. Fusos toties eorum fortitudine Cosacos, & Tartaros, tot Arces, ac Præsidia, per Poloniam, & Prussiam, virtute eorum recuperata; vt Res Polona; atq; adeò ipsa Maiestas Regia, multorum perfidiâ proditorum, in magnum adducta discrimen, quòd salua sit, & incolumis, illorum omninò fidei, & constantiæ, debeat. Dolere sibi, reliquam hanc, & laceram militiam, deficientibus stipendijs egenam, & nudam, fame, ac inopia,

in

in dies deficere, ac consumi; vt
omissis gregarijs, ac tantummodò
Officialibus inspectis, miserabilem
iustius exercitus sortem, quisq; ad-
uerteret. Prouideret de remedio
Maestas Regia: istos enim adeò mi-
seros, & egentes, non faciliè bello
applicandos.

Tormenta bellica esse quidem
plurima; ac pulueris, globorum,
aliorumq; huiusmodi, magnam pe-
nuriam: quibus vehantur equis, pa-
bulum; eorum curatoribus, librato-
ribus itidem, stipendia non proce-
dere. Hoc sibi videri optimum,
publica Vestigalia, & omnes in
vniuersum publicos prouentus, di-
stribui per exercitum: refusuram
breui tempore ea omnia, pulsus ho-
stibus, Vkrainam; Milites autem eà
Maestatis Suxæ gratiã recreatos, re-
sumpturos spiritus, ac corporibus
rese-

refectis, equos, arma, aliaq; bello necessaria, comparaturos: illosque, quos nunc vilem numerum cerne- ret, iustum tandem, ac optimè ar- matum exercitum, non sine grato Regij animi sui sensu, spectaturum. Numeraretur quantocyus pecunia Wolfio, Supremo Rei tormentariæ Præfecto: prouideret ille in tempo- re omnia, muneris sui vsibus op- portuna. Accenderet etiam Maie- stas Regia animos potentiorum O- ptimatum, viderent illi, pro suo in Patriam affectu, qualis ei immine- at periodus: non parcerent proin- de sumptibus, ac illa sua, leuis ar- maturæ equestria Signa, Cataphra- cta redderent, ac hastis armarent. Eiusmodi militiæ genere, semper excelluisse Polonos; eo clarissimas peperisse victorias, ac exteris formi- dables, potentissimè instructas, ac
fir-

firmatas hostium acies, fractas demum, fudisse gloriosè. Hos verò, & illos, pro suis in Patriam meritis, gratiosè à Sua Maiestate tractandos: plerisq; eorum Honoribus, ac Præfecturis; reliquis prædiorum latifundijs, Regia liberalitate remuneratis. Plurimos esse optimè meritos, eam Maiestatis Suæ Clementiam expectantes. Et quoniam, tale esse conuenit belli initium, ut eius finis, certâ terminetur victoriâ; indiceret Maiestas Regia, Generalem Regni expeditionem, ac tempestiuè Nobilitati innotesceret. Consisterent illi ad Vistulam, ac suo apparatu hostem distinerent, famâq; sui aduentûs terrorem incuterent. Aduenturos Tartaros; Poloni etiam exercitûs sufficientem esse numerum, modò suppetentibus stipendijs, armis, alijsq; necessarijs abundet: quibus

bus deficientibus, inermem exercitum, armato hosti opponere, frustra esse. Ea Maieftati Suæ suadere, quæ sibi recta viderentur, quæuè è re. commodo, ac dignitate Suæ Maieftatis esse perspiceret.

Vix eum, Supremus Regni Marschallus, ac Campidux finiuerat sermonem, cum Chiliarchi, ac Tribuni, Regem adeunt, enumeratisq; suis incommodis, ac grauaminibus, missionem supplices flagitant, ac se bellicis absolui Magistratibus, submissè petunt.

Negante omninò id Rege, abruptoq; eorum sermone, bono animo esse iubente; breui sua stipendia, ac digna meritis præmia recepturos: abirent interim in vicinum conclaue, se cum Senatoribus, de ratione, & modo soluendorum stipendiorum, consilium initurum.

Abeun-

Abeuntibus illis, ac responsa præstolantibus, varia audita Senatorum consilia; tandem præualuere, qui suadebant, dandas esse singulis, ab Ærarij Præfecto literas, ad Exactores Vectigalium, aliorumq; Regni Prouentuum: ea ratione delinendos illos, ac spe stipendiorum, ad arma promptiores futuros; Majestatem autem Regiam, à quærimonijs, & molestia, impossibilia affectantium, liberandam. Moueretur quantocyus exercitus in Vkrainam: exhaustam, tunc audituros Milites Regni Ærarium, cum iam Hostem profligauerint: venturas interim varias rationes, ac media, quibus de stipendijs illorum prouideatur.

Dolenter eiusmodi consilia accepit REX, accersitoq; Supremo Regni Mareschallo ac Campiduce, in eum exposuit modum. Nun-

Numquam sibi propositum fuisse, eiusmodi rationibus, ac spectantùm lactare Milites suos, quæ ad præfens ageret, iniuriâ temporum, ac magnâ Ærarij inopia adductus. Videret ipse (cùm nihil in Regni statu prudentiam suam lateat) deesse viam, in parato, & effectu, exhibendi Militibus stipendia. Magnam interim expectandam cladem, & iacturam; ni illi, Hostium eant obuiam conactibus. Id sibi oblatum à Senatu consilij, acciperent ab Ærarij Præfecto literas, quibus illis stipendia, ab Exactoribus numeranda assignarentur. Nec dolo, aut mala fide id fieri; cùm ab eodem Ærarij Præfecto, licet exquisitissimè processum, nihil exprimi potuerit: illos autem, in toto, spe stipendiorum frustratos, remissuros animum, aut certè signa deser-

deserturos: ea potissimum tempe-
state, quā Vkraina, teterrimi Belli
incendijs flagraret. Notam sibi es-
se illius virtutem, ac fidem, tot ar-
gumentis probatam. Iniret ad
præsens viam, quā Milites vniuer-
sos, ac singulos in officio contineat;
quatenus illi, omisā paululūm re-
petendorum stipendiorum curā, ho-
stium, pertinaciter Patriæ immi-
nentium, impediānt conatus. Pa-
tere sibi, quā graue illi sit, specta-
re oculis, eam Militiæ inopiam;
sed leuiorem esse vnius cicatricis do-
lorem, totius corporis iacturā. A-
gentem spiritum, Patriam cerneret:
eā (quod absit) extinctā, illos non
superfuturos. Propitium sibi spe-
rare Numen, quo fauente, plenā sub-
secutā victoria, ac pacatis omnibus,
à molestis, per hospitia Militum
statiuis, (quibus ferè illa exhausta)
libe-

liberandam Poloniam, positoq;
Rutsicæ perfidiæ obice, illam Regni
partem validè firmandam, ac tunc
demum futura præstò tot media, qui-
bus, Militum suorum remuneratis
sudoribus, efficiat, vt fortissimi
milites, qualem, & quàm munifi-
cum habeant Principem, tandem
agnoscant; Ultra debita stipendia,
ad minimam Ducum instantiam,
varia donaria, ac latifundia, in præ-
mium accepturi. Liquidum esse,
nullum ad hanc vsq; diem, reperiri
militem, quem repulerit suppli-
cem, aut æris vacuum, vel prorsus
irremuneratum dimiserit. Non,
æquè fortassè omnibus, in hoc passu,
fauisse fortunam; nimium alicui, re-
liquis modicum concessisse: sed ab-
hinc, exactam vnus cuiusq; meri-
torum rationem habiturum.

Eum pergratum Militibus, Re-
ge

ge terminante sermonem, succinctè,
ab Regni Mareschallo ac Campi-
duce, responsum.

Fateri, summam esse Maiesta-
tis Regiæ, ergà viros Militares Cle-
mentiam, ac munificam, dignam
Principe, manum: esse tamen alios,
quorum cupiditas, publicum exhau-
riat Ærarium. Rempublicam qui-
dem, ad reficiendum pronunc exer-
citur, admodum debilem; at lan-
guorem ipsius, avarissimas procu-
rasse sanguifugas, queis, domestico-
rum, & exterorum, corrumpi mu-
neribus, impunè liceat, conni-
uente nimium, ac indulgente Re-
publica: dum eà attenuatâ, & lan-
guente, illi rem priuatam, varijs
artibus, & lucris augment, & stabi-
liunt. Dignaretur Maiestas Regia
in Exactores, ac alios Fiscales serium
instituire examen; redderent illi
loca.

locationis tot vectigalium rationem; pateret ad oculum, quàm absq; rubore, Reipublicæ prouentibus, mercium locò nundinando, flagitiosè ære publico abutantur. Vix ad calculum Fisci manum applicuerint, eundem depeculari, nullo sibi probro ducunt. Si in eiusmodi seriò animaduerneretur, absq; dubio, publicum Ærarium locupletandum, suffectura abundè Militibus stipendia, superfuturos sumptus, in alios publicos vsus conuertendos. Magnam enim esse, tam latè patentis Regni, prouentuum vim, latere neminem.

His Supremus Regni Mare-
schallus ac Campidux obiter insi-
nuatis; ita demum concluderat.
Aperiret Regia Maiestas mentem
suam Militibus, aliquam suorum
stipendiorum spem, à sua Clemen-
tia

tia habituris: se quidem in obsequium Suae Maiestatis, Vires, & Facultates omnes, huic bello dicaturum.

Vocatis tandem, qui responsa praestolabantur Chiliarchis, ac Tribunis, Supremus Regni Cancellarius, Regis nomine respondit. Velle Maiestatem Regiam, æquo illos esse animo, iustis eorum postulatis annuere, ac proinde, quod superesset æris publici, datis à Supremo Aëriarum Regni Praefecto ad Exactores assignatorijs literis, abs negotio recepturos.

Mæsto animo eiusmodi responsum accepere Tribuni, ubi aduertere, papyraceas sibi, pro suis meritis, ac sumptibus, loco stipendiorum, obtrudi chartas. Prævalente nihilominus amore Patriæ; etsi probe nouerant, vanam esse recipiendorum

rum ab Exactoribus stipendiorum spem, quò tamen animos commilitonum erigerent, certò illis, ac breui numeranda, pollicebantur: de proprio interim Peculio, eorum supplentes defectus, ac necessaria prouidentes.

Interea Publico instrumento, profectio exercitui indicta, qui breui, abiectâ stipendiorum curâ, in Russiam mouit.

Iam Supremus exercituum Regni Dux, Stanislaus Potocius, Palatinus Cracouiensis, suum exercituum, primis ad Tarnopolim positis Castris, in campum eduxerat; ibidem Campiducis, magnis itineribus à Prussia properantem exercituum expectando, subsistere coactus. Qui quidem, prima sua Castra, ad Krylouiam locauerat, consistente sub Tentorijs, ac Papilionibus equitatu,

tatu. At Peditatum miserabilem, ac multis attritum ærumnis, ipsis etiam non integris sclopetis, quod consueta militaris, ad aduentum Ducis, consalutatio prodiderat, facile Dux aduertit.

Erat eorum omnium causa, egestas, ac penuria: relictis enim postmodum corporibus, ac armis reparatis, patuit, (vt infra notabitur) egregia horum Militum virtus. Eorum sanè commiseratione ductus, Supremus Regni Mareschallus ac Campidux, Legiones Peditum, in Wofhynia, per hospitia, ad aliquot septimanas, distribuit; facile ad instantiam Campiducis, Prouinciæ illius Nobilitate, non tantum in statiuis præbente commeatum; verum & itineribus opportunum, largè suppeditante viaticum.

Habebat & propria aliquot,
supra

supra decem campestria tormenta;
quæ in omnem euentum, si fortè in
tempore Wolfius, Supremus Rei tor-
mentariæ Præfectus, non superue-
nisset, Campidux assumpserat. Et
in veritate, Res Tormentaria, lento
nimiùm gradu, ac languidè, multis
ei deficientibus, procedebat. Quam
tamen, vt opportunè Ducibus siste-
ret, (non parcendo sui carpenti iuga-
libus, tum & generosis, quibus insi-
dere consueuerat, equis, qui in locis
difficilibus, ac vliginosis, tormenta
trahere cogebantur,) multùm labo-
rauit Wolfius, vetus ille, ac pal-
maris, in Regum Poloniæ Militia
Tribunus, ac Ordinum Ductor; mul-
tam sanè, ob sua insignia facinora,
gloriam promeritus.

Resecto, vt supra, per Woth-
niam Peditatu, Campidux signa mo-
uit, ac ne tempus, rebus bellicis i-

D done-

doneum, otio absumeret, coniunctis copijs cum Sultano Nuradino, exercitū Tartarorum Duce, (hoc nomine insigniuntur, Tertiogeniti Chanorum Fratres: Primogenitus, Patri in dignitate succedens, vocatur Sultān Chan; quod Regium apud illos nomen exprimit: Secundus Sultān Gaſga: ac demum, Tertiogenitus, Sultān Nuradin; quæ sunt Magistratum Militarium nomina) consilium iniit, de ratione, & modo, exercitū, Constantinouiam quātoque traducendi: vbi Supremus Dux, cum suis copijs, Campiducem, ac eius exercitum præstolabatur. Qui postquam aduenisset, intempelluum, affectæ valetudinis Supremi Ducis, accepit nuntium; quem viduum, ac valentem, vti magno militiæ commodo, sic è contra languentem, & febris vexatum, non

exiguo dolori, ac molestiæ, futurum præuidebat, suadentibus plerisque, ægro decumbenti, in Castris minus idoneum locum; compendio proinde itinerum vsus, omisâ Vkrainâ, in Poloniam reuerteretur.

Abnuente omnino Supremo Duce, non esse è decoro suæ ætatis, in ipso belli feruore frigescere, qui iuuentam, pugnandi auidam, inter bellicos fragores, ac pericula, transfegerit. Et si ætatem illam virentem, ac floridam, sudoribus bellicis egregie quondam applicuerit, minimè laturum, vt plenam dierum senectam, tanti faciat, quin eâ, saluti Patriæ, posthabita, quod reliquum superesset spiritus, totum id, Regis, & Regipublicæ obsequio deuoueat. Supremam in exercitu Præfecturam, non nomine tenus acceptasse. Velle itaq; mu-

neris sui partes strenuè exequi, nec sui esse officij, inter domesticos delitescere parietes; immo, omnia subire pericula, ac etiam in armis mori Gloriæ sibi ducere. Nec mortem illi terrori esse, qui vitam suam, Patriæ commodo exposuerit. Et si fortè hæc, quæ nunc multùm affligit febris, de sua vi remittere noluerit, ac prohibuerit Ducis obire munia, Consilio Patriæ non defuturum. Constanter omnino in Castris perseuerare velle, de reditu in Poloniam, ne mente quidem cogitando. Porrò Diuinam expectare opem, qua præsentè, perfidos hos, ac sædisfragos, terga daturos consideret. Hoc dicto, extemplo tubarum clangore, signum perfectionis exercitui dari imperat; ipse ferculo vectus, eo die, accelerato gradu, aliquot milliaria, cum

exercitu emensus, Campiduci, supremum in exercitum imperium, ac regimen committit. Delatum ille munus strenuè exequitur, ac transmissio Hanczarycha amne, transitum ad Chmielnicum, Moschis opportunum, intercipit. Vbi ab exploratoribus, ac captiuis edocetur, hostem cum vniuersis suis copijs, Lubarum tendere. Nec mora, ei obuiam alacris miles ire properat. Additi Tartaris Sapieha, & Bochumus, cum suis legionibus; ille assumptis equitibus, hic peditibus, primas aggressi hostium excubias, fortissimè dimicando, in Castra compulerunt.

Campidux, ne qua ex parte, exercitui periculum immineret, dispositis per sylvas, ac alia situ opportuna loca militibus, quò hostiles insidias itritas redderet, suas verò, de-

bito exequeretur effectu, serio prouidet; ac insequenti die, uniuersum exercitum, prope ipsa hostium Castra sistit.

Non segnior Szeremethus, aciem instruit, campestri praelio cum Polonis decertaturus. Cum opportunè Moschis, nimis incommodè Polonis, à quodam transfuga, de Poloni exercitus viribus, ac ordine præmonetur, summè alacrem esse militem, ac pugnae anidum, qui extrema quæq; aggredi pararet, quò optatâ de Moschis, Victoriâ lætaretur: ageret secum pro libitu, cuius se ultro potestati tradiderit, non vana illi prædicere, aperto Marte cum Polonis agere, fatale sibi futurum: reduceret in castra exercitum, ac aliquo astu tentaret Hostem; ne hoc præcipiti impetu, arma Principis sui, ineuitabili obijciat cladi

cladi : conspirasse Polonos, in perniciem Moschi exercitûs, campestri prælio, acerrimè dimicaturos speraret : videret, qua illi virtute, ac fortunâ, cum Moschis toties acie pugnauerint : reuocaret in memoriam, tot deplorandas ab ipsis acceptas clades, non sine gemitu, ac suspirio numerandas. In summa, non solum Moschos, eiusmodi cum Polonis pugnae edoctos, verùm & alias quasuis Gentes, hoc belli genere, cum illis sinistro plerùmque Marte decertasse : suppetere varia stratagemata, quibus illi, abs negotio vincantur : irrueret in eos intempesta nocte, ac nihil minùs sperantes opprimeret : non semper illos, prælio accinctos, habere ad manus equos; immo excubijs non ritè seruatis, interdum discinctos stertere, ac somno grauari : quos se-

30 *Memorabilis Victoria,*
cuius, tutius astu, quam iusta acie
funderet: quodsi stratagema non
procefferit, incolumi exercitu, ac
seruatis ordinibus, facile se in Ca-
stra munita reciperet: eligeret tu-
tiora, ac ea, quæ absq; iactura pro-
ficua essent, non sine damno, fru-
ctiferis præhaberet: modica inter-
dum, ac exigua obseruare Belli Du-
ces, quibus magni momenti nego-
tia metiantur.

Auditâ eâ, de statu exercitûs Po-
loni, à transfuga relatione Szere-
methus, etsi aperto Marte decerne-
re cum Regijs in animo illi fuisset;
cessit tamen rationibus, ac exerci-
tum in Castra reduxit. Quem,
cùm campo cedentem, aduertisset
Georgius Comes Lubomircius, Su-
premus Regni Marschallus, ac Cam-
pidux, toties supra nominatus, per
aliquod tempus, sua in acie consi-
stens,

Ad Cudnouiam reportata. 51

stans, ad quartam partem miliaris
sua castra sua; copias reduxit: ve-
rùm hostem in campum elicere,
summopere conabatur: Decimã se-
ptima proindè Septembris, suam in-
struit aciem, & propè ipsa hostium
Castra progreditur.

Adeò vicina Polona agmina
conspèctans Szeremethus, suos hor-
tatur, paululùm saltem extra Castra
procederent, eamq; reprimerent Re-
giorum audaciam: at eius imperia,
aliquantò remissiùs à Moschis au-
diebantur, vix pedem è Castris pro-
mouentibus, ac instruendis ordi-
nes, in ipso ferè castrorum limine,
idq; nimiùm oscitanter; infelici
planè omine; cùm, nec stratage-
ma illis procederet, nec constanter
consisterent in loco; immò iden-
tidem, quasi amissum, aliquid,
aut neglectum circumspectantes,

Ds planè

planè non præsentés sibi, viderentur.

Aciei vnus ab altera, quantum globus, ex Campestri tormento explosus, spatij peruolat, erat distantia. Facilé tunc consideranti patuit, nimia Moschorum consternatio, dum turbarentur, ac ordines mutarent; immo confunderent, de loco in locum transcurrentes; dum in illos tormenta, à Polonis exploderentur: constanter è contra, sustinentibus Regijs, ac aduersus tormentorum Moschicorum boatum, & vomitus, obfirmato animo, et sic cadentibus nonnullis, aperta, à frequenti globorum tempestate, per legiones non vnâ lineâ, consistentibus. Profectò, æneo, Equitatus, ac Peditatus omnis, muro, -per similes tunc visabatur.

Cùm eâ, Regionum constantia,
nulla.

nullatenus Moschi ad pugnam euocari potuissent; licet tormentorum frequenti reboatu, ac alacri Militum clamore, per horas aliquot prouocarentur: (qui Caltra sua vallo, ac fossa munire, quam apertò Marte decernere satius habuere.) Campidux, Militem satis pugnandi auidum, vallo hostili admouere decreuerat. Quod, cum iam constituisset, Supremi Ducis Signum, properato gradu, sibi appropinquare videt; procurrit obuiam, peramanter complectitur, ac de valetudinis ratione, quæ erat admodum tenera, sollicitus interrogat. Breuibus respondit, veneranda canitie decorus senex. Remittente vim feбри, Diuinâ Clementiâ, seruatum se in Patriæ obsequium. Nihili facere præsentis lucis vsuram, modò hostis, in tristes cõpulsus umbras, non superuiuat: loco diuturnio-

ris vitæ habiturum, si partæ, Polonorum dexterâ, de hostibus victoriæ, immoreretur. Ageret pro sua prudentia, ac commisso sibi Supremo Regimine, cum hostibus Campidux; suaq; agmina in illos immitteret, si fortè Moscho, suo astui pertinaciter insistenti, necessitatem acie pugnandi faceret; aut certè, diffractis hostilibus cuneis, in eorum Castra irrumperet. Se quidem vires, qualescunq; illæ sint, ac consilium, serio applicaturum.

Hæc fatus, subito ad dextrum cornu se contulit, vbi eius dispositæ stabant legiones. Suos etiam, in conferta hostium agmina, Campidux lento gradu ire iubet; eo consilio, vt si fortè Szeremethus, in paucas illas cohortes, auidius inueheretur, integris illum legionibus impeteret. Sed vix ad stadium vni-

cum

eam Lubomirsciani, in hostem pro-
cesserant, subitò Moschi in Castra
se recepère. Poloni eo animaduerso,
non expectatis Ducis imperijs, in
eorum agmina inferuntur. Vbi
Generalis Ernesti Grothausij, præ-
clara virtus enituit. Hic enim as-
sumptis, à cornu sinistro, suis Peditum
legionibus, fortissimè in hostes ir-
ruit, ac multis Cosacorum caesis,
& tria deserere tormenta coactis, re-
liquos in Castra compulit. Quod,
tametsi fortiter, ac præclare gessis-
set, quia tamen iniussus, non leues
dedisset pœnas; nisi insignes eius
virtutes, factum præsens apud Du-
ces excusauissent. Ob illas veniã
donatus; maximè, quòd ne vnus
quidem, de eius Legionarijs deside-
raretur: aliàs, seueram animaduer-
sionem non euitasset.

Eum, cum Hostibus, Regionum
confli-

conflictum, grauiter accepit Campidux, ac tubā receptui signo dato, tum increpitis Ductoribus, stricto gladio per legiones, ac manipulos discurrens, seuerè edixit, ne Hostes aggredi, absq; Ducis Imperio, quisquam auderet. Vbi obuium habuit Grothausium, facti sui rationem reddentem; eius sibi Heroicas virtutes, probè quidem notas, ait Campidux, verùm si manipularium, aliquam esse iacturam repererit, mox meritas pœnas luiturum. Negante Grothausio, quemquam de suis legionibus desiderari, saluos esse omnes, neq; se quidquam egisse remerè; sed laborantibus equestribus copijs, in tempore suppetias tulisse. Quibus auditis, nonnihil remisit Campidux; vel maximè, quòd è legionarijs perijsse neminem intellexerat; illud tamen, quamuis egregium

gium Grothausij facinus, minùs heroicum iudicauit: & hac quidem vice, liberum illum esse voluit; in posterum tamen, disciplinæ militaris, absq; Ducis imperio, ne quid omnino aggredereetur, admonitum. Demetrius Korybutus Wisnievicius Zbarazij Dux, Palatinus Belzensis, ac legionum Præfectus, cum additis sibi, Iacobo Potócio Castellanide Cracouiensi, ac Bochuno; illo equitum, hoc desultoriorum, Tribunis, ex imperio Ducum, in dextro cornu collocatus fuerat. Eius ductu, præfatæ legiones, fortiter aduersus Moschorum Phalanges, dimicarunt.

Recedentibus tandem, sub vesperam, Polonis, aliquot centena Moschorum cadauera numerabantur, Regijs, aliquot supra decem desideratis. Sed auxit Polonorum
iactu-

iacturam, mors Andreæ Cichouij, Nemiritianæ legionis, magni animi Signiferi. Erat hic generosa, ac exporrecta indole, octodecennis, egregij illius, ac Palmaris quondam exercituum Ducis plurimis, de Moschis Clarissimi victorijs, Stanislai Cichouij, Pronepos, à quo tot acceptas clades, cæde pronepotis, quodammodò vlti sunt Moschi. Parentibus itidem tantæ spei Filium, ac simul solatia, fata præripuère, non absq; dolore Nemiricij, qui Cichouium, summo affectu, vti cognatum, complectebatur, vt profectò, eum mærorem grauissimè diu tulerit. Mors Cichouij, eius diei bellicos strepitus terminauit.

Iam in hoc incumbabant Duces, vt quàm maximè vicino Moschis loco, exercitum admouerent. Ad iactum itaq; globi, tormento

maiori explosi, castra sua, in conspectu Moschorum, fixerunt, comuniceruntq; providentes, ne hosti securo esse, aut quieto liceret. Assiduae velitationes, ac certamina intercedebant, adeo in hostes intentis Regijs, ut foenum etiam, ad pabulum equorum, in campis procurare, non sine sanguine, & caede multorum, ægre potuerint. Nec aliquot passus, extra castra dabatur hosti progrediendi copia, cum tot captivi eorum quotidie in Castra Polona adducerentur. Tormenta quoq; minime vacabant, cum diversis è locis, dissidentibus passim Moschorum Tentorijs, ab Regijs exploderentur.

Ante omnia solliciti Duces, ut Cosacos à Moschis auellerent, literas Regias, quibus omnium obliuio, ac venia dabatur, illis transmittunt,

seca-

securos reddendo, ne capillum quidem de capite illius Cosaci casurum, qui ad debitum Regis sui obsequium redierit. Ut autem illi, de Regia Clementia, solidius confirmarentur, id muneris à Campiduce Nemiritio iniunctum, ut Cosacos, singulari interpellatos epistola, erigeret spe indubitatae Regis Clementiae. Sed quoniam Nemiritius, à commemoratione cædis, germani Fratris sui, epistolam auspicatur, non incongruum fuerit, si per transfennam, pauca de illo proferantur.

Nemiritiorum Gens, in Regno Poloniæ, inter insignes, non postrema, Familias. In Russiæ Provincijs, bona illorum sita. Verùm, à multis retro annis, cum suis Maioribus, detestabili Anabaptistarum atheismo erant infecti: hic verò e-
gregi-

gregius Heros, in exercitu Regio militans, sponte, cælesti mentem eius illustrante lumine, abiecta hæresi, Fidei Catholicæ (multum indignante Parente) nomen dedit. Verum Frater illius, de quo mentio, pertinaciter in errore, quem à Maioribus acceperat, persistebat. Ingenium illi acre, ac eruditio non vulgaris, Animus magna quæque aggredi promptissimus. Electus à Nobilitate in Succamerarium Kijouiensem, antequam à Rege confirmationem obtinuisset, multos contradictores habuit. Et imprimis, Laudatissimum illum, Stanislaum Tyfzkiewitium Palatinum Kijouiensem, multis in Ecclesiam, & Rempublicam meritis clarissimum, sacri Prædicatorum Instituti, Mæcenatem munificentissimum, ac in Siluatorem humani generis, cuius Crucis notabilis

bilis pars, in eorundem Patrum,
Lublinensis Conuentus, Basilica, il-
lustritibus Prodigijs coruscans, re-
ligiosissimè à fidelibus colitur, de-
uotissimum. Qui merito sibi du-
cens, fortiter, ac diu restitit, ne A-
nabaptista, ad id muneris admitte-
retur, super quo, fideliter exequen-
do, in nomen sanctissimæ Trinita-
tis, (quod ille auersaretur Myste-
rium) per leges Regni, Sacramen-
tum dicere tenebatur. Ruptis de-
mum fæderibus, Regnum inuadenti
Sueco, contra proprium Regem, e-
gregiam nauauit operam. Pace
tandem cum Suecis composita, con-
scientia factorum ductus, ad Cosa-
cos, adhuc rebelles transijt, quòd
illis gratior fieret, eorum ritus græ-
cos, ab vnione Catholicæ Ecclesiæ
alienos, ad speciem, vt videbatur,
abiurato Arrianismo, amplexus
fue-

fuerat. Demum, quò faciliùs Regem, in quem multum peccauerat, placaret, vnà cum Wyhouio, Cosacos ad officium, & obedientiam Regis reduxit. Ipse tandem, conspirantibus nonnullis Cosacis, & præcipuè eorum Chorago Cetsura, barbarè trucidatus, leuitatis, ac erga Optimum Principem perfidiæ, ne tempus quidem pænitentiaè habens, pænas dedit.

Sed iam epistolam Nemiritij, eiusmodi sensum habentem, referamus. Non latere Cosacos, Succamerarium Kiiouienssem, Fratrem sibi fuisse germanum : persimilem proinde, ac illi, erga Russicam Gentem, in esse animi propensionem, planè à Maioribus acceptam, qui Genti Russorum deuincti, tot insignia amoris, ac beneuolentiæ præstitere argumenta. Misso itaq; do-
lore

lore, quo, ob indignam, ac trucem
Fratris, per ipsos necati, cædem, af-
ficeretur, seruandæ tot Christiano-
rum vitæ, priuatam vltro postpo-
nere, vti prorsus irrecuperabilem,
iniuriam: facti illorum rationem,
Diuino committere examini; sibi
interim visum, pro Christiana ob-
ligatione, illos, debiti erga Regem,
ac Dominum, commonefacere ob-
sequii: cautos itidem velle, Tarta-
ros, in ceruices ipsorum, expedire
acinaces, ac parare vincula, domos
interim eorum fædè depopulari.
Nunquid paucorum delicta, tanta
expiabit multitudo, vxoribus, Libe-
ris, ac alijs caris renuntiatura Pi-
gnoribus? Num vnus perfidi, ac
perduëllis, rei priuatæ studium, il-
los, vnà cum Moschis, in commu-
nem præcipitabit interitum? Ad-
mirari equidem eos, ageò Moschis
con-

coniunctos ; qui locò alicuius com-
modi, magno illis sunt detrimento.
Ponerent in æqua bilance, Moscho-
rum Principis, quam experti sunt
gratiam, cum Regia, Principis
adeò Clementis, Beneficentia, illic
vana omnia, ac meras vmbas, hic
è contra, candido è pectore Regio,
solida, & proficua reperturos. E-
gregiè profectò, à Moscho prima
fronte tractatos, quibus pro auro,
argento, ac diuersis mercibus, cu-
pream obtruserit monetam, inob-
seruabili arte, omnes in vniuersum
depauperans, & exhauriens, vt va-
cuos & egenos, sub iugo fædæ ser-
uitutis, faciliùs deprimeret. Regem
verò Clementissimum Principem.,
Paterno affectu, tot libertates, tot
Prædia, tot Latifundia, liberali ma-
nu illis donasse, nihil contra il-
los, aut Fortunas eorum, moliri
im-

immo candidè ac sine fuce
illorum condolere, in quas re-
dacti, & quæ imminerent, calami-
tatibus, et nunc mittere illis a-
mnestiam, ac obliuionem eorum
quæcunq; tam ante, quàm ad præ-
sens in Regem peccassent. Aduer-
terent, offerri ipsis, commodissi-
mum, & acceptabile tempus, enor-
mia expiandi facinora: suam hac in
parte interponere fidem, ne capillum
quidem, de capite eius Cosaci peri-
tuum, qui suo Legitimo Principi
debitum præstiterit obsequium.
Quodsi fortassè, atrocium multitu-
dine, quæ perpetrassent, scelerum
terreantur, veniamq; eorum despe-
rent, conijcerent oculos, in tot pro-
ditores, ac perduelles, qui flagitio-
sè, excusso Regis Principis sui obse-
quio, Sueco adhæserint, ac aduersus
proprium Dominum, in DEVM
ipsum,

ipsum, ac Vinctum eius iniurij, im-
pia, ac iacrilega arma sumpserunt;
posteaquam, etsi admodum serò,
Pœnitentiâ ducti, Regem supplices
adorassent, non modo veniâ dona-
tos, verùm etiam, summa Prin-
cipis facilitate, varijs auctos, &
locupletatos muneribus. Sperarent
eandem & ipsi Clementiam, modò
antefactorum dolore tacti, ad me-
liorem tandem redeant frugem.
Nolle de viribus, virtute, ac nu-
mero, Regii exercitûs, quidquam
illis perscribere, quando illum in-
conspectu, ac propè in castris suis,
quotidie videant, & qualis ille sit,
suo malo experiantur. Attritas es-
se Moschorum vires, ex clade Cho-
uancij colligorent: tametsi, non
exercituum vi, aut numero, sed cæ-
lesti auxilio, æquitati causæ fauen-
te, arma Polonorum nitantur; quos

E

inte-

intestinis bellis fatigatos, Cosacorum viribus, Tartaricorum societate armorum auctis, aliquoties prostratos, ac pænè semianimes, varij aggressi Hostes, conficere conabantur. Iam Regni Vrbes, ac Prouincias, Moschus, Suecus, Brandenburgicus, Dacus, Moldauus, inter se partiebantur: nec interim vacantibus Cosacis, qui in perniciem Poloni nominis, hostibus additi, manibus, ac pedibus iuere: & quod dolendum magis, intestina Polonos, peccatis eorum ita promerentibus, diffidia enervârunt. In eiusmodi statu constituta Res Polona, tot Arcibus, Urbibus, & Fortalitijs amissis, iam agere animam, breui extinguenda videbatur, cùm Diuino aspirante fauore, paruis viribus, exigua bonorum Ciuium manu, pulsus hostibus, sese recollegisset. Certè non magno
Lubo-

Ad Cudnouiam reportata. 69

Lubomirscius exercitu ducto, Vrbes ab hostibus recepit, Arces, ac Præsidia per Prussiam, partim expugnauit, partim in deditiois leges adiegit. Nec maiore Czarnietius militum manu, numerosas Suecorum copias, toties feliciter profligauit. Quæ modò sperarent, dum, propitiato Numine, iustis cum exercitiibus, Belli Duces conuenerint. Numquid iustam non reformidabunt Diuinæ Maïestatis indignationem? Desisterent à suo impetu, ac Vinctum Domini supplices venerentur: non illos seducerent pollicitationes Szeremethi; illius interest militum confirmare animos, ac certa spe victoriæ lactare, omissis interim; immo celatis, quæ metum, aut terrorem incuterent: nec in Chmielnicio, aliquid spei reponerent; scribere quidem illum, &

instruere exercitum; at sui ipsius defensionis, non Moschorum auxiliis destinatum: experiri Polonorum virtutem, minimè ipsis conducere. De quibus illos, eò, monitos velle, quòd Christianum nomen professus, Christianorum sanguini, cautum, quàm maximè cuperet.

His Nemiricij literis commonefacti, plurimi ad Regios transfugiebant Cosaci, multis etiam eorum passim dilabentibus, & per sylvarum, ac saltuum anfractus, & ambages, domos suas repetentibus. Subolfecere Moschi, alteratos non nihil Cosacorum animos, quibus parùm fidentes, castrorum suorum ambitum, seorsuum esse voluere, ducta fossâ, ac vallo, quibus à Cosacis seiungerentur, excusata interim apud illos facti ratione, non alium id in finem fieri, quàm, vt toti, ea
 . castro-

castrorum coarctatione, exercitui, prouideatur. Non vacabat ex parte sua Szeremethus, aliquoties de nocte fortunam tentare conatus. Vbi prodigiosum aliquid, DEO apertissimè causæ Polonorum fauente, accidit. Beneficio noctis vsi Moschi, instructis agminibus, in Regios nihil minùs, (vt ipsi credebant) sperantes, irruere parati, procedebant. Cùm ab excubitore extra castra vigilias curante, audito strepitu, quinam essent, à longè interrogati, velut æstro perciti, præcipientes fugere, omisso in hostes impetu, vitæ suæ consulere, ac se in castra præfestinanter recipere, nemine insequente. Credibile est, Dominum exercituum, cælestem submisisse Equitem, qui hostes in fugam verteret. Certè quiescentibus Polonis militibus, Regis causam adiu-

uit Angelus Domini, persequens eos. Et si quondam, ministerio Angeli, Assyriorum blasphemias Cælum vindicauit: aut, si criminis eiusmodi, Sennacheribo Moschorum Princeps, Rabfasi Szeremethus, vterq; rapax, complices fuerint; verisimile est, ab irritato Numine, eundem in Vkrainam submissum, intolerabilis Szeremethi insanix vindicem, quem olim in Palæstinam, contra Assyrios, expediuerat.

Aliquot dierum spatio, hæc Moschorum tentamina durabant, cum in tempore à Cosacis admoventur Duces, Moschos fugam serio meditari. Et quidem illi, toties sese itineri accingebant; at obseruantibus Regijs, ab incepto desistere cogebantur: Tandem Ducibus è castris Moschorum innotuit, iam iungi plaustris iugales, accingi equos,

quos, & omnino abitum parari. Quo Duces ab indicibus accepto, Militem in campum educunt, eoq; ritè disposito, in hostem intenti, ne eorum manus eluderet, totam noctem insomnes transegère. Sed postquam albescente iam, & ortui proximo die, quietos manere Moschos intelligunt, securi, nihil in die tentaturos, exercitum, lento gradu, in castra reducunt: quibus, vix pedem inferunt, ab excubitoribus monentur, equos, & arma in parato haberent, Moschos cum curribus, ac reliquis impedimentis, instructo, ac plaustris firmato agmine, iam moueri. Accepto Duces eo nuntio, ac pro more, tubâ signo dato, milites prælio paratos esse iubent: Tartaris etiam, exonerati tormenti tonitru, (ea enim illis tellera data fuerat) vt suis cum ar-

mis aduolarent, intimatum. Interim Regij exercitū Ducibus, more veterum Imperatorum, quò militum animos, in hostem accenderent, attentis legionibus, ante ipsum conflictum, ea proloqui placuit.

Fugere neminem, quàm tenui, Patriæ nostræ salus, filo, nuper pependit, quàm aduersam nimium, & illiberalem experta fortunam, tot hostium insultibus afflictæ, ut reliquo iam, (qui supererat) vix non fuerit spiritu destituta. Verùm præpotentis DEI beneficio, ac vestra, fortissimi milites, virtute, Polonia, ac Borussia, pulsus hostibus, in pristinum reposita est statum. Hic Rhodus, hic saltus, pro Ukraina illis cum hoste fortissimè dimicandum. Patere illis, quàm numerosis, & validi exercitus, in eius Provincijs nuper scribebantur; eam
nunc,

nunc, Moschorum Princeps, omnī conatu, Regi eripere laborat, Arces, Vrbes, Oppida, præfidijs firmat; & qui in illam, nihil omnino iuris habeat, per fas & nefas, suæ potestatis facere conatur. Occupatâ ab hostibus Vkrainâ, illos miseros, ac egentes, quibus fortiter Patriæ militantibus, stipendia non procedere. Applicarent ipsi mentem, deficientibus fertilissimus, ac opulentis Regni Prouincijs, Patriam ad exoluumendum ea, quæ ipsis debeantur, planè imparem. Quodsi illos priuata non afficiet iniuria, moueret, vti Catholicæ Ecclesiæ filios, Religio, ac Diuini honoris zelus; ea, præ omnibus, vitâ etiam, cariora ipsis esse debere. Viderent afflictam, in Russiæ Prouincijs, triumphante Græco Schismate, Religionem Orthodoxam, sædè polluta

sacra limina, Altaria destructa, Sanctissima Ecclesiae Sacramenta, prohdolor! sacrilegis proculcata pedibus, Tempa, aut diruta, aut superstitiosis, hostium Ecclesiae, dicata ritibus. Cervicibus illorum, victore (quod absit) hoste, inevitabile iugum imminere. Pro Religione itaq; & libertate, fortiter decertarent, ac ea animi magnitudine, laboranti subuenirent Patriae, & optatam restituerent pacem, Tempa demum, cultui Diuino dicata, è manibus sacrilegorum, vindicarent: immortalem proinde, apud seram posteritatem reportaturos gloriam, dum eorum forti dexterâ, Religio, Patria, ac auitæ libertates, assertæ fuerint. Trimestria stipendia, locò donarij, libenti animo, offerre ipsis parati; sed probè nouimus, tantum illis in fisco deberi, vt ijs
 rece-

receptis, de donarijs, minùs cogitent. Quæ quidem, sudore ac sanguine eorum, demerita stipendia, vt quantocyus ad assem recipiant, curas omnes, ac studium, applicabimus. Diuinam manum propitiam sperarent, cuius erga Patriam, satis manifesta Clementiæ, hoc anno, apparuere argumenta, dum Sapiaha Lithuanicarum copiarum Dux, vnà cum Czarniecio, Moschicas phalanges, notabili castigassent clade. Eo, ad præsens, vestra fortitudine amoto obice, minimè dubium, ruiturum in præceptis Moschorum potentiam; Patriæ verò, felicia illa tempora, ac amœnam pacem, postliminio redituram. Non illos terreant numerosa hostium agmina, ac Cosacorum aucta exercitu, memorès, cum quantis numero Moschis, Maiores eorum, exigu

gna manu, felici Marte, toties pugnaverint. Eundem de cælo sperarent ipsi fauorem, Diuina concurrente manu, hostem profligaturi: à cuius benignitate, datâ Ducibus prudentiâ, illis fortitudine, armorum comitante iustitia, Ductores sequerentur, hostiles cuneos, ceu herbas, & gramina ferro demessuri.

Alacri animo, eam Ducum orationem excepere milites, editisq; altè suspirijs, ac Diuinam implorantes opem vnanimis acclamarunt: ducerent quantocyùs in Hostem, Generosissimi Duces; Paratos esse, æquo ferre animo, quidquid de nobis Diuina statuerit sententia. Pro eius Gloria, pro Regia Maiestate, pro auitis libertatibus, Cælum secundet pugnatuos. Pro merita, quæ deberentur, ad præsens, missa face.

re stipendia, nec velle vllatenus, eorum exhibitionem vrgere, donec optata quies, & tranquillitas Patriæ, in toto restituatur. Quæ, de non repetendis, in tam calamitoso Reipublicæ tempore, stipendijs, vtinam diuturnior eorum fuisset constantia. Non multò enim post, Ecclesiarum, ac Reipublicæ bona, quorum se Assertores egregiè profitebantur, districtâ eorum, ac morosâ, (vltrâ stipendia) variorum onerum, exactione, in tantam, in quanta ad præsens sunt, vastitatem, deuenere.

Quantùm attinet numerum Poloni exercitûs, hic à suo, in tabulis notato, censu, ob supra recensitos defectus, multùm discrepans, non ampliùs, quindecim milibus armatorum militum constabat: multùm numero hostibus in-

par;

80 *Memorabilū Victoria,*
par; at virtute, prout infra pate-
bit, longè superior.

Tentatam toties exercitū Mo-
schouitici subductionem, iam ag-
greditur Szeremethus. Impedi-
mentis, ac plaustris ritè dispositis,
& contra quosuis impetus firmatis,
aliquot millia hominum, cum se-
curibus præmittit, qui sequenti e-
xercitū præirent, ac virgulta, per
loca, quibus transeundum erat, ne
incedentes remorarentur, excin-
derent. Initio, propter viarum an-
gustias, in octo ordines, distributa
plaustra procedebant; sed postquam,
arcta eluctati itinera, patentes in
campos peruenerunt, vix credibile,
quanta celeritate, pænè in momen-
to, breuiori forma, exercitum, ac
plaustra coarctauit; & qui ante,
octo ordinibus incedebat, commo-
dioris, contra quosuis insultus, de-
fen-

ensionis gratiâ, in septemdecim
ordines redactus, disposito circum-
quaq; densis agminibus, milite, qui
quatuor latera curruum, ac impe-
dimentorum ambiret, ac ad motum,
de loco, eo modo instructi, &
plaustrorum obiectu muniti exerci-
tus pariter procederet. Et in o-
mnem euentum, ponè prædictos,
primo impetui expositos, bino or-
dine plaustra trahebantur, quæ post,
pari, vel ampliori numero, (qua
ratione vniuersus exercitus tutius
subduceretur) dispositi erant Mili-
tes. Prima enim illa, antè currus,
constituta agmina, turbari, vel duo
plaustrorum ordines perfringi, non-
nisi ingenti labore, ac multo san-
guine potuissent. Iam autem ille,
cum ipso exercitûs rubore, in me-
dio constitutus, contra omnes im-
petus, securiùs sese defenderet. E-
qui-

quidem, si Alexander Farnesius, Parmæ, & Placentiæ Dux, ac Belgij, quondam Laudatissimus Gubernator, Scriptorum encomijs celebratur, quòd inter plurima, quæ præclarè gessisset facinora, exercitum Hispanum, superuenientibus, ex improvisò, Henrici quarti Galliarum Regis Copijs, summâ industriâ, ac dexteritate, incolumem reduxisset, ordinata aliqua militum manu, quæ hostem sustineret tam diu, dum ipse reducto exercitu, nulla pugnandi necessitate cogeretur: dubio procul, nec sui frustrandum gloria Szeremethum, qui in subductione Moschicarum Copiarum, modum adhibuit, omnibus numeris absolutum.

Dumq; ad eam normam, regulatè cum suis progredieretur, Poloni sine intermissione, fatigabant
 hostem,

hostem, eorum insistēdo vestigijs, ac fortiter, in eorum firmata curribus agmina, irruendo : etsi quandoq; non impunè, frequentem pilarum nimbam, à Molchis emissum, excipere coacti. Copias suas, Poloni Duces, in quinque partes distribuerunt, eo consilio, ut exercitui Moschouitico, in quadrangulum disposito, eadem methodo, suos opponerent, quosue à lateribus, tum ante, & retrò, in hostem pariter immitterent. Quinta pars, ad eum finem erat destinata, ut si, in aliqua illarum quatuor, suppleri quidquam necesse foret, sine mora suppleretur, & auxilia, si quæ earum laboraret, facillè submitterentur. Aduentante iam omni Polono Peditatu, ac inter virgulta hostium imminente ceruicibus, **Wladislaus Wilczkouius**, Præfectus **Zulnagrodensis**,

densis, Alexandri Lubomirscij
 Wisnicij ac Iaroslauia Comitis, Su-
 premi Stabuli Regni, ac Hastatae,
 tum Pedestris, Legionum Praefecti,
 nunc Palatini Cracouiensis, Equi-
 tum Hastatorum Promagister, cum
 suis, in hostem ire iussus, mirum
 in modum, quanta alacritate, &
 feruore, omnes cum illo Commi-
 litones, in Moschos illati, gloria
 sibi ducentes, primum, in Martii
 campo, obtinuisse locum. Et licet
 frequentissime in illos tormenta,
 tum & minores sclopi exploderen-
 tur, ea pilarum grandine, minime
 territi, ac omnia contemnentes di-
 scrimina, lento gradu procedebant.
 At, postquam ad vnus stadij di-
 stantiam Moschis appropinquassent,
 perniciousis equis additis calcaribus,
 infestis hastis, ruunt in hostem. Pla-
 ne in barathrum, praecleari milites
 isti,

isti, præcipites iuere; præ fumo, & puluere, ac denso globorum nimbo, non apparentes; hastarum tantummodo fractarum strepitus, ac gladiorum cædentium stridor, tum insolitus clamor, ac gemitus morientium hostium, audiebantur, Diuina Omnipotentia antiqua renouante prodigia; ac quæ olim tribus Generosissimis Iuuenibus, vt à multo, ac vehementi igne, illæsi seruarentur, Babylone concesserat, nunc in Vkraïnæ campis, tot flammiuomas nubes, tot ignium, ac globorum missilia, vt irrito conatu, fortissimos milites appeterent, effecit. Illustri sanè miraculo, in ea ignium, ac plumbearum glandium tempestate, desideratum nemissem, omnes integros, excepto vno ex Commilitonibus, Ozga nuncupato, Succamerarij Leopolitani Filio, genu,

nu, non leuiter ictu globi; at non
 lethalter, faucio. Seruatis Diui-
 na Bonitate fessoribus, equo-
 rum aliqua strages fuit. Profe-
 ctò, Lubomirscius, eiusmodi, Equi-
 tum Signi sui, heroico facinore,
 immortalem gloriam consecutus, ac
 Wilczkouius, ea animi magnitudi-
 ne, vnà cum Przystauouio, excelsæ
 mentis Signifero, tum omnibus
 Commilitonibus palmam promeru-
 it. Non minore fortuna, Stanislaus
 Lubomirscij, Visnicij ac Iaroslauis
 Comitis, Scepusiensis Gubernatoris,
 ac legionis Præfecti, vti sunt Equi-
 tes, hastis suis, in hostium pectora
 feliciter impactis. Ioannes Paulus
 Comes Celaritis, Generalis Maior
 ac peditum Tribunus, cum suo pe-
 ditatu, Moschos, ac Cosacos, fre-
 quenti globorum grandine sterne-
 bat. Quo tempore, Regiæ Station-
 nario-

nariorum legionis, cui pro Tribuno Gizio, Wolfius præerat, præclara virtus enituit. Fortiter hostium pilas sustinuere, quibus, è suis sclo-
pis, similia munera transmittabant. Ipse Wolfius, globo, non tamen lethali-
ter, ictus, insequenti luce, arma repetijt. Campiducis legio, hærentes inter virgulta Moschos, densa pilarum emissionem, fatigabat, non vacantibus interim, Christo-
phoro Koryticio, Generali ac Comite Celario, quorum pedites, Sclo-
petis suis, non fallente meta, hostem petebant. Nemiricius, cum suis legionarijs, ad tormentorum suggestum locatus, ibidem subsistebat. Grothausius quoq; à sinistro cornu, in hostem facto impetu, additis sibi Sapiéhæ, exercitûs vniuersi Inspectoris, sub Linckhausio Legato Debuij Tribuni, Palatini Ca-
liffi.

liffiensis, Ducis Radiuilli Pocillato-
ris Magni Lithuaniae Ducatus, Pe-
ditum; Bochumi & Łaczynij, a
Sobiescij Vexilliferi Regni, nunc
Supremi Mareschalli, & exercituum
Ducis, defultoriorum, legionibus,
fortiter cum his, Moschos vrgebat.

Iam in patentibus campis, bre-
ui fundendum hostilem exercitum
pleriq; sperabant. Expeditus proin-
de à dextro cornu, Gabriel Silnic-
us, Zamoscij Palatini Sendomiri-
ensis, Equitum Hastatorum Proma-
gister, tanto impetu, cum suis, in
hostem illatus, vt equorum pecto-
ra, in currus Moschouiticos, ade-
gerint, ac frameis, plurimos hosti-
um, trans currus dispositos, trucidá-
rint. Ipsi tamen non integri, ob-
longis securibus, à Moschis appeti-
ti, non paucos è Commilitonibus
amisere. Facile tunc hostium plau-
stra,

fra, & agmina, perrumpi potuisse, multi non vanè conijciebant; si hastas Silniciani assumpsissent: quamuis, & absq; eo armorum genere, virtutem, & fortitudinem heroicam, satis probauerint. Sokolnicus etiam, Hastatorum Campiducis Subcenturio, à sinistro cornu, cum suis, tum & Stephanus Franciscus Liber Baro de Oëdt, eiusdem Ducis Raytrum legionis, Præfectus, instructis suorum Ordinibus, in hostem iuère. In eo Martis ludo, Henricus Gordanus Marchio Hantileyus, Nicolai Prazmouij Supremi Regni Cancellarij, nunc Archiepiscopi Gneznensis, Raytrum legionis Præfectus, ad ipsa hostium agmina, ac munita plaustra, fortiter dimicans, equo amisso, ipse superstes, hostiles impetus, multis eorum casis, egregie sustinuit, con-

traria

traria habente fata Gafzynio, Ray-
trum Regiminis Campiducis Le-
gato, non paucis legionarijs deside-
ratis, ipso demum, generosè hosti-
bus instante, in acie interempto.

Inter eiusmodi bellicos frago-
res, accidit aliquid, non sine prodi-
gio Posteris memorandum. Si-
gnum Equitum Hastatorum, Campi-
ducis, vt supra, fortiter in Moschos
irruerat, vnus ex Commilitonibus,
Prusinouius, in ferreo thorace, glo-
bi è tormento explosi, aduerso pe-
ctore, ictum excepit: eâ fortunâ,
seu veriùs, Diuinâ Prouidentia, vt,
licèt pila thoracem in tantùm per-
terebrauerit, vt viri manus, non
gracilis, commodissimè in locum
lacerum intrare possèt, ac equus,
cui insidebat, vi ictûs labans, ter
sefe circumegerit, ille sibi præsens,
ac integer, nec equo prostratus, ser-
uatis

natis ordinibus, eâ quâ ceperat constantiâ, in hostes, cum alijs, arma resumpsit. Non humanæ profectò vires, eiusmodi sustinuerunt impetum; at Diuina Clementia, ne ultra, quàm sibi visum, tonitru defœuaret, impediuit. Adeò, eo miraculo, Polonorum prouerbium, verisimile factum, affirmantium; hominem quidem tela vibrare, dirigere tormenta, exonerare machinas; at volantia per medium iacula, ac sibilantes per Aëra globos, Diuina manu regi, non aliò peruenturos, quàm vbi illa destinauerit.

Multùm in animo exercitûs vniuersi, cælestis ille fauor vauisse visus est, dum continuò, per gyrum Moschos, non sine eorum clade, tormentis interim reboantibus, coronâ cinxissent. Quanquam, nec hostibus virtus defuit, qui aperto in

F campo,

campo, obiectu plaustrorum, ac regulato agminum incessu, fortiter Polonorum insultus sustinuere.

In eo, exercitûs Regij, contra hostes conatu, perfidia Tartarorum planè patuit, qui à Moschis pretio corrupti, non modò ab armis abstinebant, sed ne clamore quidem, illis aliàs barbarè consueto, suum officium protestabantur. Vanum hoc, militiæ Poloniæ additamentum, non quòd illo Republica adeò indigeat, sed ne hostibus adderetur, ac vires eorum intenderet, in armorum societatem vocatum. Stipendiarij Regni Poloniæ sunt Tartari, & ex lege pactorum, pro Republica Polona, contra quemuis hostem, arma sumere tenentur. Verùm ultra barbariem, fides mobilis; immo flagitiosa (quæ toties in ijs, quæ describimus Cudnoui-

cusi

ensibus prælijs, luculenter patuit,) perfidia, tum prædæ magis auiditas, quam gloriæ amor, cui tandem vsui. ac commodo. in Republica illi sint, patenter demonstrant.

Destitutum videns, aliquali Tartarorum subsidio, Polonum exercitum Campidux, retinuit militem, quoadusq; hostiles copiæ aliquantum recederent. Ita enim periuasus erat hostis, non ampliùs sibi infestus futuros Regijs; quod ille, pro aliqua victoriæ parte computabat. Explosa itidem, iussu Ducum, omnia simul tormenta, quasi hosti valedicerent, eorum fidem auxere. Paululum requies, nactus Szeremethus, accelerat itinera; quasi iam omni, ab insequentibus Regijs, metu solutus, nimiùm gestiens. Sed Campiducis stratagema, adeò erat arcanum, vt & ipsi Regij, iam lon-

gè absentem hostem, minimè insequendum sperarent. Porro Campidux, de quodam, non procul distito, difficili, quà hosti transeundum erat, loco informatus, modum rei gerendæ, optimè in animo suo disposuerat. Subsistebat ille, donec Moschus, locum illum arduum, superare inciperet, qui cùm in montem proximum, maiorem exercitus partem, cum plaustris, & impedimentis eduxisset, in nihil minùs sperantem, subito irruit, ac peditatum plurimum hosti obijcit: tum septem tormenta, ac tertiam partem curruum, & impedimentorum, quæ consternatus hostis, ac fugam arripiens, facilè deseruerat, abducit. Abeunti Moscho, instat cum sua peditum legione Nemiricius, qui postquam montis cacumen tenuisset, equitatus hostilis, summo impetu in illum

illum fertur. Iam ferè omnes, Nemiricum, cum sua legione. pro deplorato habebant; Verùm ille, obiectis Moschico equitatu hastarum cuspidibus, fortiter restitit, donec Celarius, ac Korycius, cum sua quique legione, accurrentes, suppetias tulissent. In eo discrimine. Wolfij, Rei tormentariæ Præfecti, maxime illum iuuit dexteritas, qui in edito colle, eâ industriâ tormenta locauerat, vt non modò Nemiricum periculis exemerit, verùm & hostium turbatis ordinibus, plurimos vitâ priuauerit. Grothausius, à cornu sinistro, cum suis legionibus, non instrenuè, in illa aggressione, hostibus sese opposuerat. Ipse Nemiricus, globo pedem non grauiter ictus; at non leuiter illius Legatus Stahurscius, pilâ faucius, ab illa plaga, iam deinceps inutili ma-

nu: ex legionarijs faucij, supra centum; ex Debuy legione, Maior Wierzchonius, tormenti pilâ, supra genu, lethale vulnus accepit, non sine sui Tribuni mærore, qui ob Heroicas virtutes, hominem dilexerat.

Ferunt, eo in tempore, profligari in toto potuisse Moschos; nisi loci iniquitas, ac vliginosus transitus, equitatum in hostem explicari prohibuisset. At non otiosè tamen, dies ille ab Regijs transactus, tormentis septem ereptis, ac curruum, aliorumq; impedimentorum, defensoribus cæsis, parte in potestatem redacta.

Serò tandem eluctati, superata vligine, Equites, strictis gladijs, in Moschos ferebantur, Felice Potocio, Krasnostaiensi ac Equitum Legionis Præfecto, Supremi Ducis Filio, Paternas Legiones, ingenti spiritu,
malto

multo cum hostium sanguine du-
tente. At non sine clade, desidera-
to interim Markouio, Supremi Du-
cis, Equestris leuis armaturæ Tur-
mæ, Promagistro. Inter hæc, à si-
nistro cornu Sòkolnicus cum Ha-
statis, Kauecius cum suis Turmali-
bus, Slatkouius Rauensis Vexillifer,
Equestris Signi Centurio; Polanoui-
us, Equitum Turmæ Dziafynij, Bra-
tianensis Præfecti, Subcenturio, re-
peritis continuò ictibus, hostili san-
guine gladios imbuerunt. Non
vulgarem Polonis victoriam Cælum
destinauerat, pro qua laborandum
ampliùs fuit; quo tandem illa su-
dore parta, infra patebit.

Diei illius, cruentos ab vtrinq;
conatus, nox diremerat: Polonus
quidem exercitus, ad loci vliginosi
traiectum, substiterat; at Moscho-
uiticus, instructo agmine, Cudno-

uiam properabat. Fessus licet, ac fractus viribus Szeremethus, minime corpori indulgens, abiectis suorum cadaueribus, nocte integra, abescentem vsq; in diem, cum exercitu, retrocedebat, ac transuadato præterfluente Cudnouiensē Arcem, Tereuia amne, tandem infrequenti die castra sua, dato flammis Oppido, in decliuo montis, aqua, & lignorum commoditatem nactus, locat, ac munit. Regij, spolia hostium, aurum, argentum, margaritas, quibus Moschi, plures ad normam fæminarum, vestes suas ornare consueuerunt; tum, & præciosas pelles Moschicas, inter se partuntur, faucijs interim, plagas & vulnera curantibus: tum dolorem victoriâ, verso in fugam hoste, partâ, aut contemnentibus, aut temperantibus, Sed breuis illa ab armis
cella-

sessatio, utriq; exercitui fuit. Postera enim luce, vix surgente auro-
ra, tubâ, iubente Duce, signo dato,
vniuersæ Polonæ copiæ motæ, E-
quitatus, tum & pedites, festinatis
gradibus, hostes insequuntur: qui,
postquam in Moschorum conipe-
ctum, ad Cudnouiam consistenti-
um peruenere, extemplò, inopinato
eorum aduentu perculsi hostes, pro-
perè castra sua, fossâ, & vallo, muni-
re incipiunt. At illum, ad Poloni
exercitus conspectum, terrorem, ac
simul errorem, propitium Regijs
Numen, hosti incusserat. Is enim
consternatus, Arcem Cudnouien-
sem, non inualidam, munire negle-
xerat: quæ uti Moschis magno
tunc commodo fuisset; ita Regijs,
extra dubium, non leue facessiuisset
negotium. Vbi Poloni Duces, er-
rorem hostium aduertunt, subitò

Arcem intercipiunt, Præsidio, com-
 meatu, alijsq; opportunis firmant,
 ac propè eam castra metantur: tum
 tormenta, quantocyus conducunt,
 ac in Arce, tum vallo disponunt.
 Retrò Tartari, in aperta planicie, e-
 quos suos pascebant, importuno ni-
 miùm hostibus loco, quorum pluri-
 mos, graminis & pabuli, aut ligno-
 rum causâ, prodeuntes, in horas, aut
 cædebant, aut abducebant captiuos.

Postridie, Moschi cum Cosa-
 cis armati, in pomaria oppidi, ad
 comparanda castris suis ligna, irrum-
 punt. Quo animaduerso, Sultanus
 Nuradinus Tartarorum, exercitûs
 Ductor, Campiducem conuenit, cum
 eoq; expostulat, esse sibi in animo,
 hostes in pomarijs aggredi; vellet
 itaq;, aliquot tormentis, tum pedi-
 tatu, copias suas augere; se quidem,
 tam machinas, quàm milites, inco-
 lumes

lumes seruaturum, illorum vitam, in suam fidem recipere, ac pro clade, si qua fuerit, cauere. Annuente votis Sultani Campiduce, mandatum Nemiricio, vt assumptis quatuor campestribus tormentis, cum sua peditum legione, ad eum Sultani conatum, properaret, admonito, vt sepositâ morâ, pulso pomarijs hoste, tormenta, propè Moschorum castra, disponderet, eo in loco, quem Campidux assignauerat, ac in hostes continuò explodere, non intermitteret. Et si fortè Moschi, magno numero, impetum in eum molirentur, aut tormenta, omni vi, eripere pararent, certa expectaret auxilia, neuè loco cederet, immo fortiter hostium sustineret insultus. Cogitaret deniq; Ducem ipsum, Martialium illius factorum, è propinquo spectatorem, ac iudicem futurum. Dif-
ficilè

ficilè dictū, quantū hæc animo hæserint Nemiricij, Ducem ipsum, suæ fortitudinis arbitrum habituri. Nec quadrantem horæ moratus, Moschos, ac Cosacos, pomarijs exegit, ac tormentis, in loco à Campiduce designato, locatis, subitò contra hostium castra fulminat, eâ fortunâ, vt nullus ferè globus, aut ab homine, aut equo, aut munito castrorum plastro, aberraret innoxius. Tali enim loco, iussu Campiducis, tormenta disposuerat, vt absque quouis negotio, aut obstaculo, efficaci conatu, in hostes librarentur. Sultanus interim, Nemiricij pericula, ac labores, lætus intuebatur, sibi gloriam, alieno sudore, parari existimans. At vbi cognouit Moschos, cladem, ac dedecus, diutius non laturos, machinas proinde, ac peditatam Nemiricianam, inua-

inuadere paratos, Nemiricio cum tormentis ac milite, loco cedere, ac in sua castra redire, imperat; ni mandatis obsecundaret, stante ea hostium potentia, quidquid cladis acciperet, sibi à Campiduce imputandum speraret. Eiusmodi Tartari leuitati respondit Nemiricius: Hæcine est ad præsens, Campiduci, nuper abs te, quam vltro obtuleras, promissa opera? peditatum cum tormentis, equitatu hostibus opposito, tueri incumbit tibi: Quod si aliter visum, constitutum sibi, loco nequaquam cedere; quippe, tale ab Duce imperium habenti. Apertissimo periculo, cum hoste cõfligere malle, quàm loco, semel occupato, deserto, turpis fugæ speciem, hostibus præbere. Abiret ille cum suis, si ita lubeat, sibi de cælo expectanti opem, Ducis auxilia non de futu-

futura. Multū indignatus Tartarus, tormenta, inuito Nemiricio, abducit, non ineuidens barbaræ suæ fidei ostendens argumentum. Apertissimo, Tartarus iste, Nemiricium discrimini prostituerat : quantos ille sustinuerit hostium insultus, vix credibile videtur. Spectabant Duces, ac totus pænè exercitus, Nemiricij angustias, qui numerosis hostium agminibus, vndiq; circumualatus, aliquot supra decem millibus resistendo, fortiter eorum impetum sustinebat, hastarum tantummodò obiectu, vtcunq; tutus, non sine prodigio, vnica cum peditum Legionem, tanti numero hostis, vno supra horam quadrante, vires, ac conatus, reprimendo. Iam & ipse Campidux, pro perditis habebat Nemiricianos, quibus in tempore auxilia non submiserat, à Sustrano
delu.

delusus. Mox tamen, ubi Tartari perfidiam aduertit, equitatum mouet, ac Moschis redeuntibus, aut è castris erumpentibus, itinera interceptit, nihil ultra hostibus ausis, fugâ sibi consuluisse, satis habentibus. Ad eum modum, præsentis periculo ereptus Nemiricius, non nihil respirans, sublatis peditum hastis, in hostes progreditur, ac recedentem continuò cædens, ad ipsa usque castra insequitur. Ipse, triumphanti similis, festiuè explicatis, ac volantibus Signis, reuertitur. Multas Diuinæ Clementiæ grates referens, quòd ea concurrente, adeò euidens periculum euasisset. Regij, propè hostium castra, Nemiricianorum signorum ludicra, postquam uiderunt, deditiōem Cosacorum interpretati, redeuntem Nemiriciū, gratulabundi complectebantur. Ipsi
Du.

Duces, præclaram animi eius Fortitudinem, ac Prudentiam, eximijs celeberrime laudibus, multum in animo Nemiricij, eorum prævalentis iudicio, quo, ad maiora in dies febricunda pericula, accendebatur.

113

Equitatum, qui Moschos, à Nemiricianorum oppugnatione in castra compulerat, Wilczkouius, & Bidzinius ducebant: ille Hastatorum Lubomirscij, Supremi Stabularii Regni Præfecti, nunc Palatini Cracouiensis; hic Sobiescij, Regni Vexilliferi, ad præsens, Supremi Marschalli, & exercituum Ducis, leuis armaturæ Turmæ, Promagistri, qui tamen multis hostium cæsis, Deszkouium, præclarum Signiferum, à Cosacis interemptum, amisere. Ni Sultanus ille, dolo, an leuitate, vel imperitiâ potius, propolitus, in mente Campiducis stratagema,

inter-

interturbasset, profectò ille, voto suo potitus, Moschos è castris eliciisset. Qui auidius, in Nemiricium, ac tormenta illa quatuor inuicti, castra semiuacua reliquissent: quæ Lubomirscius facillimè aggressus, Szeremethio Nemiricianis pedibus ac machinis intento, obtinisset: quod & ipse postmodum, iam victus, vnà cum suis Proceribus, fatebatur, totis viribus voluisse tunc aggredi Nemiricium, ac tormenta eripere; nisi properè Sustranus ea abduxisset. Constitisset ille cum suis retrò peditatum, ac extrema Legionis seruasset. At postquam, in pomarijs, abeuntibus Tartaris, exiguam Regionum manum aduertit Szeremethus, Ducis Kozlouij consilio, castris exercitum educere, ne vacua Milite, Regij inuaderent, iam ab hinc noluit. Tolerabilis fuisset

isset illa Legionis vnus, & quatuor
tormentorū iactura, quam plene
de exercitu Moschorum victoria
abundè resarciuisset.

Exinde Moschi cautiore, eti-
amsi propè castra & vallum ipso-
rum Regij excurrerent, extra pro-
gredi non audebant. Vt tamen
Duces, pabuli, & lignorum vsum,
ipsis adimerent, munimentis castra
illorum vndiq; cingunt.

Machinarum eiusmodi, miro
artifice Sapiehâ, varia subinde, ad
coarctandos hostes, adinueniente
media; sed hoc præcipuum conce-
perat. Fluminis cursum, aliò auer-
tere conabatur, opportuno id loco
facturus; nisi Chmielnicij copiæ,
Moschis subsidio festinantes propè-
rè aduenissent, quæ, opus molienti
Sapiehæ, modum, & tempus, præ-
ripuerant. Si inuentio processisset,
plu-

plurimi hostium, lignorum aut pabuli causâ trans flumen commean-tes, aquarum magis, quàm armorum vi sterni, ac hauriri potuissent. Sub idem tempus, Ioannes Zamoscus Tarnouizæ, &c. Comes, Palatinus Sendomiriensis, Generalis Camenecensis Gubernator, ac Generalissimus copiarum, germanico more, in Regno Poloniæ militantium, tum Hastatorum, Raytrum, Desultoriorum, ac peditum, Legionum Præfectus, in castra Cudnouiensia, splendido comitatu septus, adductis pluribus campestribus tormentis, tum globorum pulueris, ac similibus magnâ copia, aduenerat, festo vniuersi exercitûs, complexu exceptus; quem, non contemnenda armatorum manu, quos proprijs sumptibus alebat, Raytris sexcentis, ducentis desultorijs, ac totidem

HUR-

Hungaris peditibus, auxerat, magnum sibi apud omnes, ea in Patriam pietate, amorem conciliant. Inter hæc significatum Ducibus Chmielnicium, qui cum quadraginta Cosacorum millibus, Moschis in auxilium properabat, iam retrocedere. Quod ille, ex industria simulauerat; etiam equitatu, ad explorandas eius copias præmissis impetrens, qui omnino illum priora repetere itinera, ac retrocedere affirmabant. Eo consilio id agentibus Chmielnicio, ut simulatâ fugâ, vix minus speraretur, Szeremetho cum suis, in auxilium superueniret. Quod ille efficere multum conatus Talszko, quatuor dierum spatio, ad Stobodyszcz, trium inde milliarium distantia, improuisus apparuit.

Inopinatus nocte allatus rumor, de numeroso Cosacorum exercitu,

Ad Cudnouiam reportata.

111

citum, multis percussis, conuulsandis res suas occasionem dederat. Non desunt, qui affirmant, nonnullos pretiosa quæq; ac selectiora, Leopolum præmisisse. Minimè territus Campidux, eadem nocte consilio cum Belli Proceribus habito, de modo reddendi doli Chmielnicio deliberat: & quò commodius ars illa deluderetur arte, castra sua mouere paululùm, & alio loco metari instituit: & si quæ necessitas ingrueret, transitus per loca difficiliora & ardua, exercitui prouideret: tutum, ac commodum castris locum indagat, ut securum in ijs ab hostium incursum, Supremum Ducem, ipse, cum parte exercitus, Chmielnicio obuiam iturus, relinqueret. Inuenti eiusmodi, qui optimum Campiducis propositum impedire conabantur, ac Supremo Duci, speciosè quæsitis colo-

coloribus, persuadere nitebantur, in
castra moueri permetteret; immo
Chmielnicium, in eo, in quo
præiens, ceu sat firmo & idoneo
confisteret loco, expectaret. At
demum, stagni cuiusdam perfossum
aggere, transitus in locis humidis
ac palustribus, quos Campidux
regiè curauerat, aquis madefacere,
eo diluio, exercitui itinera præ-
cludendo. Sed reparatis iterum
iussu Campiducis, viarum obstacu-
lis, ac Supremo Duce, in suam sen-
tentiam pertracto, in loco securo
castra metatur, ea validis, vndiq;
munimentis firmat, annuenteq; Du-
ce Supremo, cum parte exercitûs, ad
salutandum Chmielnicium prope-
rat. Omnis peditatus in castris re-
manserat, præter selectos mille du-
centos, Ductore ipsis dato Nemini-
cio, additis Bochumo Tribuno, cum

sua desultoriorum Legionè, ac Cæ-
lario cum suis, qui à Campiduce
præmissi, cum Piotkos peruenissent,
magnam, in transeundo vias diffi-
ciles, experti molestiam. Transi-
tum illum Cosaci occupauerant,
quò Polonos ultra progredi non
permitterent. Verùm, vbi Bochu-
mum cum suis Desultorijs, festi-
nanter loco imminere vident, con-
territi, loco cedunt, vallum dese-
runt, castra sua, quæ in edito mon-
te, continuato, vsq; ad Paludem
tractu, disposuerant, fossâ, & agge-
ribus muniunt. Campidux, suis
Transitum illum. quantocyùs elu-
dari imperat: an extra moram,
prælium cum hoste committeret,
deliberat. Multas ipse obseruabat
difficultates, & vel maximè, sitûs
locorum, neminem gnarum ha-
bens. Multùm proinde optabat,
hosti-

hostium castra circumcirca obsequando, lustrare, ac eorum statum omnem cognoscere. At milites postquam turbati Cosacos, ac confundi in castris vident, summopere Campiducem flagitant, ut aggregat hostem, quantocyus imperaret. Divino fauori, eam militum alacritatem attribuens Campidux, ire contra hostem iubet, ordinibus in eum dispositis modum. Suam Legionem in dextra parte ordinat, Baronis de Oedt, Legionem in subsidio locata; à parte sinistra, Ioannis Sobiescij, Regni Vexilliferi, nunc Superioris Mareschalli, & exercituum Ducis Legio, in eius subsidium data Wyhouij Legionem, unam cum supra memoratis Zamoscij Raytris peditatus in medio procedebat. Tanto milites omnes, feruore in hostes inferuntur, ut planè in momento

ui. mento, captis hostium castris, in
n. ipso vallo, aliquoties centum Co-
es, sacorum trucidauerint. Ipsorum-
m- met tormenta, quæ consternati, ac
ere aufugientes deseruerant, in illos ex-
edi plodebantur.

Iam omnis hostium exercitus,
ta. nil nisi fugam spectabat; at inter-
os ceptis à Campiduce itineribus, ver-
m so in desperationem animo, defen-
o- sionem, magno conatu, parare in-
o- cipit. Frustrâ tamen renitentes
o- Cosacos, Lubomirscij Scepusiensis
o- Præfecti, Hastati, ingenti spiritu
u- aggrediuntur, apertâ ferro viâ, an-
L- te ipsius Chmielnicij tentorium,
a- multo sanguine hostium fuso, ipsi
u- incolumes, secundâ fortunâ, in eo-
s; rum castris hospitantes. Sokolni-
t. cius etiam, in valle dispositos ho-
u- stiles cuneos, pugnandi cupidus,
o- inuadere cogitans, Hastatos suos

hortabatur, eam esse ad præsen-
 horam, eum locum, quo resumens
 pristinum vigorem Polonorum vi-
 tute, hastas suas, in perfidorum
 storum pectora adigerent, easq; cu-
 ore infamium proditorum imbu-
 rent. Vix illi hastas in Cosaco-
 ritè direxissent, in arduum montem
 profugiebant hostes, quos inequit-
 bili loco Cataphractis insequi non
 licuit, ultra montis obstaculum,
 vliginoso prato, multum impedi-
 ente. Vbi, ab eo insultu Sokolni-
 cianos prohiberi vident hostes, ma-
 gno impetu vndiq; in ipsos ferun-
 tur. Adempto hastarum vsu, gla-
 dios Sokolniciani expediunt, pluri-
 mosque Cosacorum magna strage
 conficiunt; cum aliqua tamen suo-
 rum iactura, desideratis, è præcipu-
 is Commilitonibus, Balinscio, &
 Marczynio; at potiorem eius cla-
 dis

dis partem sensit Sokolnicus, amisso egregio Equite Rybinscio, Genero suo. Ipse equo deiectus, ac fistibus contusus; pedes tamen euasit, quem omnes interemptum putabant. Seruatus Diuina ope Heros iste, Patriæ commodo, hostium malo. Chynecus Signifer, uiuus à Cosacis captus; at Equestre Signum, ne in hostium manus veniret, in proximo arundineto occultauerat, quod postmodum, eodem in loco, in quo deposuerat, dimissus reperit; vulneribus tamen ac plagis plurimis saucius, longo tempore decubuit. Baro de Oëdt, in subsidijs collocatus, in medium castrorum, cum suis Signis, festinus prorumpit, propria manu, Zelinscium hostilem Tribunum, globo fistulæ pede iectum, equo prosternit: ipse tandem, multitudine hostium circumuentus,

gloriosam mortem oppetit. Quem cum equo deiectum, adhuc humi repentem, Mautnerus eius Legionis Equestris Signi Magister videt, per medios hostium cuneos, inter tot discrimina, suppetias laturus, accurret; verum & ipse, mortis, & gloriae Tribuni sui socius, occubuit. Felkersonius eiusdem Legionis. vnus Equitum, Centuriae Magister, Cancellarij Curlandiae Fratris Filius, dum omni studio, Baroni Tribuno opem ferre conatur, globi lictum excepit. Brunauium Centurionem fustibus concussum, ac humi prostratum, quidam Polonus Eques, praesenti periculo eripit, ac languentem, subministrato equo, insigni sanè pietate, praelio ac periculis subducit. Kauecius cum suis, non instrenuè in hostes inuectus, stratis plurimis, ipse aliquot Com-
milito-

militonibus in acie ab hostibus cæ-
sis, indoluit. Larzkius, Legionis
Raytrum Campiducis Legatus, in
eo conflictu sagittâ manum trans-
fixus. Wilczkouius, suo more, cum
Haltatis, primo in agmine Cosacos
ferro inuadit: tum a sinistro cornu,
Sobielcius Vexillifer Regni, nunc
Supremus Mareschallus, & exerci-
tuum Dux, cum sua Legione, ta-
meti, non sine ingenti suorum
strage, multis cadentibus, plerisq;
faucijs, inter tot iacentia cadauera,
intrepidus in hostium castra pene-
trat: secundâ itidem, Subcenturio-
ne Bidzinio cum suis Equitibus, for-
tunâ, plurimos hostium iugulante.

Zamolcius, Virtute, Natalibus, For-
tunis, ac Præfecturis, celeberrimus;
quasi vnus è Commilitonibus in eo
conflictu, inter tot discrimina suis
præibat: nec vlla ratione adduci

poterat, vt tantisper prælio abstineret, nec euidenti vitam exponeret periculo, qui Patriæ salutem suæ præferens, Legionarios, in confertissima Cosacorum agmina, tanto animo duxerat, vt multis hostium cæsis, aliquot suorum, globorum ictos grandine numerauerit. Inter quos, Gordanus eius Regiminis Legatus, ac Graleuius Centurio, erant præcipui, ea pilarum tempestate, appetiti. Non vacantibus interim Castellanide Cracouiensi, præsentis animo, in Cosacorum cuneos, sese inferente, ac Stephano Linieui, Equitum leuis armaturæ Centurione, cædem fratris ab hostibus interempti, non instrenuè vindicante; ipso tandem, stratis plurimis Cosacorum cadaveribus, fortiter in acie occumbente, maximo sui in exercitu desiderio
reli-

relictō, ac inexplicabili Patris, quī
vltimum iam filium ab hostibus cæ-
sum amiserat, cordis dolore. Slad-
kouiū cum suis Turmalibus, vti
proprio non parebat sanguini, ita
& hostilem cruorem latè fundebat.
Silnicius, cum Zamoscij Hastato-
rum Signo, eò penetrauerat, vbi co-
minūs, ferro cum hoste manus con-
serendi necessitatem habuit : quod
ille egregiè præstitit, magno ani-
mo, ac fortitudine, plurimis hosti-
um exanimatis. Eum in modum,
Regio Equitatu hostibus colluden-
te, Celarius ac Nemiricius, cum
peditatu, in Cosacorum castris, quæ,
pulsī à Lubomirscianis, deseruerant,
quasi in proprijs Penatibus securi,
obuersis in hostes proprijs eorum
vomentis, latam stragem ede-
bant.

Jam eo die, actum de Cosacis

fuiſſet, ſed nox ingruens, maiori e parte perfectum opus, ne ad vltimum deduceretur finem, impeditur; atq; adeò vitæ hoſtium indulſit, arcano Numinis iudicio, nondum interneſione, perduelles deleri permittente. Celarius præſentem Dei opem planè expertus, ipſe eminentiori caſtrorum loco, quaſi ad metam, & ſignum, equo inſidens, tormenta & iclopos, contra ſe continuè exploſos, eâ conſtantia, & fortunâ excepit, vt non ſine prodigio, ſibilantibus circumquaq; innumeris globorum, ac ſagittarum fulminibus intactus, ac omnino illæſus permanſerit; fatiſ eum, indubiè, commodo Patriæ ſeruantibus. Chmielnicius, eam ſuorum perniciem animaduertens, ſuadente timore, niimiùm pius, ac deuotus, DEVM ſupplex precatur, vt in eos
 panè

patre extremo rerum suarum statu, adesse sibi velit. Se quidem Monachorum Sancti Basilij Magni, (Græcoschismaticorum) institutum, abiectis sæculi curis, amplecti velle ex animo, ac sacrosanctè polliceri, (quod & præstitit) modò eiusmodi periculis eriperetur. Interim omissis, quæ Ducem decebant, armis, arrepto fuste, Cosacos in vallum properè agit, ipse consternatus, ac mentis impos.

Profectò, eiusmodi Polonorum virtutem, ac Cosacorum cladem, nonnisi Diuina ordinante Prouidentia euenisse, vel exinde constare potest, quòd octo tantummodò, nec plura Regionum millia, quadraginta millium hostium vires, & impetum, nonmodò fortiter sustinuerint, verùm castris pulsos, in aliorum castra, nouiter munita, toti-

es feliciter irrumpendo, fatigauerint. Deleri funditus, absque dubio Cosaticus exercitus tunc potuisset; at visum aliter Cælo, ceruices illorum, Polonorum gladijs, liquantum subtrahente: & si aliquid ominari licet, secreto suo consilio, in aliquod euidens Reipublice Polonæ obsequium, eam militiam reseruante.

Postquam, receptui signo dato, ab hostium castris, Regij abscessissent, consternati Cosaci, non humana virtute, aut industria id fieri profitebantur; at propitio Polonis Numine, eorum fortes quod effugissent manus, seruatam reliquum numerum, Diuinæ in acceptis Clementiæ referendo. Nosacius Exercitus Zaporohensis Cosacorum, Castrorum Præfectus, eam Regiarum animi magnitudinem, ac periculo-

uoluntatem contempsum admiratus, proficuum suis consilium dederat: viderent adesse Regijs de cælo auxilia; consulere proinde tempestiue rebus suis, ac cum Rege in gratiam redirent, ne animi obstinati pœnas, irritatis Polonorum armis, daturi, serò tandem doleant. At surdis fabula narrabatur. Imbuti enim licentiã, ac excusso fræno, extrema quæq; pati malebant, quàm debitum suo Principi præstare obsequium. Palam itaq; denuntiant, se Polonorum gratiæ, amicitiam Tartarorum præhabere. Legatos proinde, cum literis ad Sultanam allegant, orando summo opere, Regionum societati renuntiaret; atq; ad eò armis supersedere vellet, ingentiq; exhibitã ab Moschorum Principe pecuniæ summã, ipsi nominorem, certò, ac breui numerandam

randam pollicebantur. At Sultanus à Chano in obsequium Regi missus, intento præsertim ac obsequante omnia Campiduce, eidem locretum aperit: producit, quibus sollicitabatur, literas, seq; ad nutum Regij exercitûs Ducum, constantè arma contra hostes tractaturum promittit. Eam Sultani, ac Tatarorum, (qualiscunq; illa fuerit) fidem, grato excipiens animo Campidux, è propria gaza, vt eorum magis erigeret constantiam, plurima magni pretij in auro, & argento, tam ipsi Sultano, quam exercitûs eius Proceribus, distribuit mœnera; tam in signata moneta, quam in diuersa pretiosa mensarum suppellectili. Certus tandem constanti eorum fidei, rursus cum suis copijs, ad vrgendum Szeremethum, Cadnouiam reuertitur, Chmielnicio, eiusq;

eiusq; Colacis, vt attenderet, Sul-
tano curâ commissâ, quem ad Pi-
tkos, cum vniuersis eius Tartaricis
copijs, locauerat. Multùm distra-
cto interim Szeremetho, qui varijs
anxius curis; ob incerta præsertim
Chmielnicij auxilia, non leniter
pungebatur, audito maximè intau-
lto de eius clade nuncio, cum quo
copias suas omnino coniungere, e-
tiam cum præsentissimo vitæ peri-
culo, constituerat. Nec amplius
ferre poterat intolerabilem in suis
castris fætorem, qui vnâ cum fa-
me, ipsum, ac exercitum facilè
consecisset. Plura mortuorum e-
quorum millia, in castris Moscho-
rum, pestiferum odorem edentia,
passim iacebant: cinctus ille inte-
rim ab Regijs, fætorem illum te-
terrimum pati cogebatur. Polo-
nus exercitus, in duas partes, ea in
obsi-

obsidione hostium, diuidebatur multum, continuis excubijs, ac laboribus fessus, modico quieti permisso spatio, succedentibus frequenter vigiliarum vicibus, hosti attendens. Iam ultra Szeremethus, supra memoratas molestias ferre non poterat; eo itaque, prout & antea modo, instructo ac firmato exercitu, cum munitis curribus, ac impedimentis, progreditur; satis fortiter ab initio Regionum impetum sustinens, ac totis viribus, cum Chmielnicio copias coniungere laborans. At postquam equitatus Regius, vnā cum peditibus, instructis ordinibus, in eum vndiq; irruissent, vix medium milliare emensus, subsistere cogitur. Vbi fractis plaustrorum obicibus, ac patefacto ab Regijs aditu, ingenti clade plurimi Moschorum cæsi, multis cada-

ueribus, ac copioso sanguine, latè
patentem campum resperferunt. Ea
in aggressionè Præfectus Sokalensis
Supremi Ducis Filius, præsentis ani-
mo Legiones Paternas duxerat, Ha-
statis eximia virtute præcundo: qui
primi castra Moschorum munita
perfregerunt, & hastas suas in pe-
ctora hostium adactas, frustra reni-
tentibus thoracibus ferreis, tanto
successu impegerunt, vt nonnulli
eorum, quinq; vno impetu (imma-
nè) armatos hostes, ceu veru trans-
fixos, hastis suis perterebrauerint.
Alter Supremi Ducis Filius Halici-
ensis Præfectus; cum suo Subcen-
turione Linicuo, mediam in aciem
progressus, non infeliciter cum ho-
stibus dimicabat. Vlincius Podo-
liæ Subdapifer, Potocius Circassi-
ensis Præfectus, Carolus Potocius
Podoliæ Pocillator, ac Potocius Pa-
latini

latini Bractaiensis Filius, Centurio-
 nes; ille Sororinus, isti Supremi Do-
 cis Gentiles, egregia virtute sum-
 cum Turmalibus, in hostes illati-
 plurimos prostrauere. Sokolnic-
 us cum Hastatis Campiducis, præ-
 ferente Signum Chetmscio, quod
 Moschi, quasi de industria, frequen-
 ti globorum grandine lacerauerant,
 minimè ea tempestate deterritus,
 satis viriliter in hostes prouectus,
 fractis iam hastis, gladijs cædens
 Cudnouiensès campos, largo eorum
 sanguine madefecit. Wilczkouius
 cum suis, tum Gubernatoris Scepu-
 liensis, Campiducis Filij Equitibus,
 plurimos Moschorum exanimabat.
 Demetrius Dux Wisnieuiecicus, in
 dextro cornu commissum Regimenti
 ac officij sui partes egregie exequ-
 batur, Legiones curæ suæ commen-
 datas, optimo successu ducens, ma-

igna cum hostium clade. Vbi Zbrozekus, primarius, in eius Equestri Legionē, Centuriæ Promagister, Wilnicuicij gloriam, heroicis suis facinoribus, non leuiter auxerat: nec legnū Wielohorscio, Centurione cum suis, in Moschos ac Cosacos eunte, & Zamoscio Czerniehouienſi Subdapifero, cum Equestri Signo, Maiorum suorum præclaram memoriam, fortibus factis renouante, Sapiehaq; generoso animo Legiones suas, in hostem ducente. In eo Martis ludo, Ioannes Sobiescius, tunc Regni Vexillifer, nunc Supremus Mareschallus & Exercituum Dux, prosperâ, non sine iucundo animi sui sensu, vsus fortunâ, assumpto arcu, sagittis hostes peribat, eo successu, vt nulla earum a scopo aberrauerit. Fateri tamen necesse est, errare non potuisse Sobiesci-

biescium, tam vicino hostibus locum
 insistentem. Ipse licet integer, equum
 duos, quibus insidens hostes fatigabat,
 interemptos amisit. Bidzianus cum suis
 Turmalibus, gladio planè ad nauseam, hos-
 tes cædebat. Czartoricio Duce Bractauiense
 latino, cum sua Equitum Legionis
 plurima Moschis dante vulnera, et
 funera parante. Constantinus etiam
 Wisnievicius Zbarazy Dux ac Legionis
 Præfectus, Fratris virtutes, insigni animi magnitudine
 ac periculorum contemptu æmula-
 batur. Cauetius inter tot pilarum
 fulmina, cum manum sclopeti glo-
 bo fauciam aduertisset, Commilito-
 nes animatos, ut ulturi illatam sibi
 plagam, in hostes ruerent, tanto
 feruore accensos duxerat, ut dolo-
 rem vulneris, præsentis eorum fortitudi-
 ne, ac crebris hostium funere-

locus
quos
liga-
zini-
dij,
bat,
Pa-
one,
, ac
eti-
dux,
vir-
ine,
ala-
um
lo-
to-
si-
to
lo-
ti-
ri-
a

bus mitigauerit, Sladkouio Rauensi
Vexillifero cum suis, plurimos Mo-
schorum ferro demetente. Ioan-
nes Wyhouius, Palatinus Kijouien-
sis, & aliquot Legionum in exerci-
tu Praefectus, vna cum Constanti-
no Fratrem suo, vnius Legionis Tri-
buno, contra suae Religionis Grae-
ca (à communione Romanae Ec-
clesiae alienae) socios, & quorum-
ante causam, & partes strenuè ac
diu propugnauerat, egregiam naua-
uit operam; omissum abs se debi-
tum Patriae, per aliquot annos ob-
sequium, praesentis rependens meri-
to. Inter eius Legionarios, Chri-
stophori Laski Primarij Equestris
Signi Promagistri, spectata virtus
enituit. Prodigio etiam, æquior
Wyhouium parti adhaesisse, confir-
matum est: dum Constantinus Wy-
houius, Palatini Germanus, in pe-
ctore

ctore pilâ traiectus, peruolante p
totum fulmine ictum excepisse
ipse letho ereptus, ac breui ino
lumis.

Quandoquidem Ioannis Wy
houij, Palatini Kijouiensis, ac Le
gionum, aliquot in exercitu Prae
cti mentio fieri debuit, nec sibi
potuit eius Legionum, eo tempore
momento in bello Cudnouien
præsentia, placuit breuib; adno
re, calamitosum viri exitum, qui
illi pacto Fortuna colluserit, per
disq; ac perduellibus, in perpetuum
panarum exemplum cum relique
rit. Ioannes Wyhouius, Nobili ge
nere natus; modicæ tamen & non
exuberantis fortunæ: in Russia Pa
ternus eius ager, ingenium literis
aliquantum excultum, seq; ipso ad
agenda seria satis promptum, Reli
gio Græcoschismatica, quæ illum
rebel-

Ad Cudnoniam reportata. 135

per
let,
aco-
wy-
Le-
ele-
leri-
oris
enli
ota-
quo
rfi-
um
ue-
ge-
ion
pa-
ris
ad
li-
n-
-
rebellibus Cosacis, idem Schisma
prostitentibus, gratum fecit; & vel
maximè illi, rebellionis Auctori
Theodato Chmielnicio, cuius ope-
ra succensus ignis, per tantum an-
norum spatium late debacchatus,
pertinaci nimium incendio, etsi
multoties oppresso fomite emori
videbatur, necdum extinguì potuit.
Ab eo itaq; adhibitus secretiorum
consiliorum arbiter, tum in exa-
grandis ad varios vicinos Principes
listeris, quos Chmielnicius ad con-
iunctionem armorum, contra Re-
gem, ac nomen Polonum sollicita-
bat, & nonnullos eorum, præcipuè
Tartaros, ac postmodum Moschos
pertraxerat, eo conciliatore, ac se-
cretario utebatur. Ipsius dexteri-
tate, ac artibus, amplas pacis con-
ditiones, ac Privilegia à Rege, &
Republicâ emergenti Cosaci. Ipse
post-

postmodum, sublato è viuis Chm-
 nicio, cum Nemiricio Cosacos
 obsequium, & obedientiam Re-
 reduxit, expressis tamen prius, me-
 ritis grauius Reipublicæ, in Com-
 rum fauorem, conditionibus, et
 sui ipsius oblitus, more in turbis
 piscantium, Palatinatum Kijou-
 fem, Oppidorum aliquot, & præ-
 pue Bary ac Lubomli, vna cum
 is Territorijs, in Feudum à Re-
 donationem obtinuit. His autem
 muneribus, constans ac Regi his
 sperabatur: aliquot proinde Leg-
 num, in exercitu Præfectura
 commissa. Sed frustra lupus gen-
 tus catulus domi alitur, frustra hu-
 minum tractatur manibus, quem
 fera edidit: nulla indulgentia, ni-
 li fauores, beluinam naturam cito
 rare possunt. Eorum enim, quæ
 Rege & Republica acceperat, bene-
 ficio.

ficioꝝ planè immemor, contra Regnum pernitiōsè moliri non deſtitit, varios Coſacorum Tribunos ad rebellionem ſollicitans; quod authenticis patuit documentis. Et deſacto, multa iam Coſacorum millia, in nomen Wyhouij, eius primarij ac iurati Tribuni Sulimka, & Hładki conſcripſerant, quibus iniunxerat Wyhouius, vt nihil ſperantem Teteram Coſacorum exercitūs Duceſ, Regi fidum, opprimerent. Dolum aduertente Tetera, expoſtulantēq; cum Wyhouio, quorſum iſti tam numeroſi, ſe inſcio Coſacorum delectus ſcriberentur? in Regis obſequium, id fieri affirmante Wyhouio, cautus Tetera, omnia prouidè obſeruabat. Cum viginti millibus expediuerat Biaſocerkicuiam, ſuum Sulimkam Wyhouius, qui ad maxima Vrbiſ accedens, cum Præſidiario

expo-

hmiel-
cos ad
Regis
, mul-
olaco-
s, nec
urbido
ouien-
præci-
im ſu-
Rege
auctus
fidus
egio-
a illi
geni-
à ho-
uem,
, nul-
cicu-
puz à
pene-
cio-

expostulat, liberum sibi per Urbem cum exercitu transitum permittere; nemini id fraudi aut dolo futurum. Verùm ab alijs præmonitus Prædiarius, ab Incolis præsertim Oppidi Lisianka, (quos præfatus Sulimka exercitûs Wyhouij Ductor, barbarè, contra fidem datam, tractatos, plurimos eorum trucidari iussu domibus etiam eorum expilatis, admittere ad Urbem Sulimkam, constanter recusauit; allegatoq; ad Teteram, Regium Cosacorum exercitûs Ducem celeri nuntio, orat, ut sibi contra rebelles arma expedire liceret, utq; ipse Tetera, cum suo exercitu, in subsidium obsessis adueniret, obsecrat. Nec tardauit Tetera, habitoq; in comitatu, cum suis Legionibus Wyhouio, Chualstouo Oppido, (ubi affecutus fuerat Wyhouium, nutantem iam, ac ter-

giuer-

giuersantem) mouit. Quod postquam Præfidiarijs Bialocerkieuiensibus innotuit, aduentare iam Teteram, mane erumpunt Vrbe, ac in Whouianos, & Sulimkam eorum, Ductorem inferuntur; pugnant acriter, tormentorum globos in se fulminatos, fortiter excipiunt, durante à mane ad ipsam usq; meridiem conflictu. Diffuso Sulimcæ equitatu, peditatus omnis, sexdecim millibus sclopetariorum constans fusus, ac deletus. Insuper ad duo millia captiui, in Urbem abacti, ad aduentum Teteræ, omnes ad unum necati. Prodierunt Vrbe, officij gratiâ, obuiam Præfidiarij Regio Cosacorum Duci Teteræ, commonstrataq; acie, ac pugnæ loco, recentibus adhuc sanguinis, ac cadauerum vestigijs, fidem suam, pro Regem, luculenter probauere;

H inge-

ingemiscente multum, quamuis ab
extra dissimulante Wyhouio, qui
tantam suorum cladem, non sine
gravi dolore intuebatur. Secre-
tum proinde nuntium ad Sulim-
kam expedit, Lisiankam recederet,
quantocyus conscriberet, ac instru-
eret exercitum, & maiores vires
pararet, nocteq; electa in Teteram
irrueret. Reuertitur ad Wyhoui-
um, iam informato Sulimka, nun-
tius, qui significat, Sirkum cum
ingenti exercitu Cosacorum rebel-
lium, Wyhouio à Tyra in auxilium
properare. Hic Wyhouij nuntius,
casu à Tartaris interceptus, ac Te-
teræ cum literis traditus, quibus
lectis, liquidò patuit Wyhouij per-
fidia, easq; literas, Poloni & Cos-
acorum exercitûs Tribunis, com-
monstrauit Tetera: qui interim, ad
ulteriorem informationem, rem-

prima facie exploratam, silentio tenuere. Venit tandem Tetera, unâ cum Wyhouio ad Oppidum Lisianka. Verùm Wyhonijs seorsuè castra sua metatus, quod omnibus rectè trutinantibus, non leuiter erat suspectum. Senatu militari habito Tetera, cum Poloni ac Zaporohensis exercitûs Tribunis, ad idem consilium Wyhouium semel, & tertio, ad quinq; vsq; repetitas vias inuitat; ad quod ille, infirmam ac indispositam valetudinem causatus, venire renuit. Iam ista satis erant, quæ pessimos Wyhouij conatus demonstrarent. Conclusum itaque, custodiri Wyhouium, compedibus ac catenis stringi. Machouio Regio in Polono exercitu, ac veteri Tribuno, id muneris iniunctum, Wyhouium caperet, ac vincitum Regio Cosacorum Duci Te-

teræ traderet. Strenuè demandatum sibi negotium exequitur Machouius, diffusoq; Wyhouij exercitu, ipsum viuum capit, ac vinctum ad Teteram abducit. Quo sub arcta custodia habito, eius Aulicus Nicolaus Zaryza, quem ad Archiepiscopum Kijouientem allegauerat, (qui est Metropolitanus Schismatis Rufforum, Regi Poloniae subiectorum) cum literis reuertitur, iamq; castris appropinquans, vnum è Cosfacis interrogat, quid boni apud illos audiatur? quo respondente, Wyhouium Palatinum Kijouientem captum, ac sub custodia teneri. Eo audito Zaryza, datis equo calcariibus, præceps fugere; verum ab insequentibus retractus, & ad Ducem adductus, literas tradidit: quarum serie, præctus Metropolitanus, Palatino largè benedicit, ac felicia

Impe.

Imperatorij Regiminis auspicia pre-
ceatur: Teteram varijs rationibus
incusat, ac deicere suadet. Sed hæc
Schismatici Antistitis benedictio,
malum non auertit, immo accele-
rauit Wyhouio.

Sostanus enim viginti milli-
um Tartarorum Ductor, à Bory-
sthene prædâ onustus, ac multis
hostibus captiuis adductis superue-
niens, cum Tetera Regij Cosaco-
rum exercitûs Duce copias suas
coniungit. Vbi accipit nuntium,
Sirkum ac Sulimkam Wyhouij Du-
ctores, cum triginta millibus Co-
sacorum Olchoueciunt venisse, ac
Oppidum expilasse, lætus cum Sul-
tano ad hostes properat Tetera, qui
eruptionibus multoties factis, æ-
tandem iusta acie pugnantes, ad ex-
tremum vincuntur, partim cæsi,
partim aquis submersi, aliquot pri-

marijs Tribunis captis, ac viuis ad
arbitrium Teteræ referuatis. Wy-
houius sub arcta militum Polono-
rum custodia detentus, modum ali-
quem, quo vincula, ac mortem
euaderet, sollicitus perquirit; quem
tandem comminiscitur ad eam no-
mam. Hungarum quendam ad
Sustanum allegat, oratq; societati
Ducis Regiorum Cosacorum, ac
Polonorum amicitia renuntiet, vi-
as suas cum exercitu domum repe-
tat, nec se vllatenus cum suis Tarta-
ris, militibus Polonis immisceat:
pro ea beneuolentia viginti millia
Talerorum Imperialium, Sustano
promittit. Eadem horâ Sustanus,
& Hungarum, & literas Wyhouij,
Teteræ ac Polonis militibus remit-
tit, per Bey Murzam, significans
Wyhouium manifestum esse Regis,
ac Reipublicæ Polonæ proditorem.

Æquus

Equum itaq; omnino, vt capitali
supplicio, prodicionis suæ pænas lu-
at. Quæ, vt de ipso in præsentia
sui Murzæ, quantocyus sumantur
expostulat. Conuocatis belli Pro-
ceribus Tetera, ac productis au-
thenticis Wyhouij-literis, tum alijs,
fat euidentibus, eius sceleris docu-
mentis, quid promeruerit sententi-
as dare iubet, vnanimiter conclu-
sum: mortis supplicio dignum; vti
manifestum Regis & Patriæ prodi-
torem, ac perduellem. Quod illi
exemplò significatum, & vltima
necessitas indicta, præparandoq; ad
æternitatem animo, vnica tantum-
modo hora permisa. Percussus
fatali nuntio Palatinus, (vti eo in-
passu fieri consuevit) partim Sul-
tani opem implorat, partim forum
excipit, & iudices recusat: Palati-
num se esse, atq; adeò Regni Sena-
torum

torem: in criminalibus proinde non coram alio, quam coram Rege, & Republica tota conueniri debere. Rogare itaq; vt suspensæ executione sententiæ, ad Regis remitteretur Tribunal, super obiecto in Comitibus iudicandus. Sed responsum, inter arma filete Leges, nec Cosacos in codice Legum Regni aded veratos, illum, vti conuictum, iam in euitabili morti adidisse. Instantibus tandem Poloni exercitus Primoribus, ne alio mortis genere afficeretur, summa mane vigesima sexta Martij, Anno Domini, millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, à destinatis ad id militibus, circa auroram, sclopetorum globis traiectus, in Regem, & Patriam ingratus, dignas dedit pœnas.

Eius carpentum, ac sex iug-

loc.

les, tum & alij generosi equi, ac pecunia omnis, tum vniuersa eius castrensis supellex, in signum gratitudinis, quòd se corrumpi à Wyhouio non sustinuerit, Sustano permissa. Atq; eum habuit finem. Ioannes Wyhouius, Palatinus Kiouientis, perfidis ac rebellibus in exemplum relictus.

Sed iam ad telam, nonnihil interruptam redeamus. Memorato Constantino Wyhouio, Palatini Germano, nec alios Heroës, silentio præterire conuenit. In eo enim cum hostibus luctamine, Samuel Lefczynius Luceorientis Gubernator, Iablonouius Supremus excubiarum Præfectus, ac Basabanus Legionum Tribuni, Moschorum agmina secundâ inuisebant Fortunâ. Dziatynius, Bratianensis Præfectus, dum forti animo Equitibus

His suis

suis præiret, in acie cæsus, gloriosam mortem oppetiit. At ne inultus occumberet, eius Equestræ Signi Subcenturio Polanouijs, animatis Commilitonibus, per tot globorum fulmina apertâ viâ, ac frequentia contemnens pericula, Dziatynij necem ulturus, in hostes fertur, ac ferro plurimos sternens Manibus Centurionis sui, hostium sanguine parentabat.

Czaplicius Tribunus, ac Boruchouius Andræ Potocij Castorum Præfecti Subcenturio, tum Sinderfcus Stadnicij Centuriæ Promagister, secundis auibus in hostium agminibus hospitabantur, aduersam experto fortunam Kłopotouio pilâ traiecto, ac breui extincto: Szandirouio, Stauctio, ac Druszkieucio suis cum Signis, impunè in hostium cuneos penetrantibus. Krzyczynius

Centurio grauitè saucius ac mutilatus. Modrzejouius, Strzaskouius, ac Szeligouius, tum Cebulscius spectatæ virtutis Centuriones, vnusquisq; cum suis Commilitonibus muneri suo non defuere.

Hæc dum præclarè Polonorum virtute gerebantur, exteri Milites, in exercitu Regio stipendia merentes, non minùs cum Polonis insigni constantiâ ac fide, quàm cum hostibus armis decertabant. Inter quos eminebant, Zamoscius exterorum Militum Generalissimus, qui toties, non sine euidenti vitæ periculo, Legionibus in hostes præibat. Wolhus Supremus Rei Tormentariæ Præfectus, plumbeam, tempestatem, aptissimè locatis ac directis machinis, quasi de nubibus in Moschos ac Cosacos immittens, cuiusmodi grandine, magnæ hostibus

bus vastitati, repetitis vicibus, ca-
sam dederat. Celarius ac Grothaus-
us, tanto hostium numero ipsi inferi-
ores; cum exigua tamen suorum ma-
nu præualebant. Bochumus, Gizius,
Koritius, Debuius, Tribuni, cum suis
Legatis ac alijs officialibus digna
Heroibus nomina promeruere.

Legiones Raytrum, à tergo me-
diæ aciei, tum in sinistro cornu di-
spositæ, ob frequentes confictus
mutilæ, plurimis Commilitonibus
vulnera curantibus, aut amissis equis
ipsis opportuno castris præsidio re-
manentibus insignis constantiæ, ac
fortitudinis specimina dedere. Cam-
piducis Legio, cum eius Legato La-
tzkio, prima in fronte cæteris præ-
ibat, eam in subsidio, Cancellarij Re-
gni Tribuno Marchione Gordano, cū
sua legione subsequente: tum & Da-
uidsonio, cū Zamolsij desultorijs, plu-
rimos

rimos hostiū scloporū grandine terræ affligente. Omnibus istis Nemiritius cum imperio præerat; magna profectò virtute ac industriâ, cum tam parua manu, tantis hostium millibus oppositus; intrepido tamen animo, amissis licet duobus equis, constanter hostes vrgendo. Aliquot non vulgaris notæ Heroës ex illis ceciderunt, Helsbergus Maior Legionis Peditum, Generalis Grothausius, Ochabus Legionis Peditum Campiducis Instructor, Debronius Raytrum, ac Talavius Peditum itidem Campiducis Centuriones, scloporum glandibus icti: quorum vnus Ochabus tandem reualuit, reliqui fortiter occubuere.

Iam Moschi attriti, scloporum ac tormentorum vsu omisso, conglobati in vnum, ferro sese tueri, ac ab invadentium ictibus defende-

re cogebantur; aliqua tamen defensionis media adhibentes, arreptis sarculis, è cespite facto qualicumq; vallo castra sua muniunt; at breuicorum interceptus conatus. A Polonicis & Tartaricis copijs circumquaq; cinguntur strictè adeò, vt nec fanum equorum pabulo, nec ligna foco colligere, sine sanguine aut morte plurimorum liceret. Quod ubi Chmielnicio innotuit, iam abiecta spe copiarum suarum cum Szeremetho coniungendi, ac terrore animum occupante; Legatos ad Regij exercitūs Duces mittit, bellum deprecatur, veniam poscit, omni Moschorum commercio renuntiat, ac debitum obsequium promittit. Hadiacensi transaetione suis cum Cosacis vt gaudeat, ab Ducibus flagitat; cui hactenus quòd non fecerint Czetsuxa imputat. Audita

ea Legatione Regij Duces, supplicibus veniâ datâ, circa Hadiacensium pactorum leges, nonnullis expunctis, & præcipuè articulo de Ruffiæ Ducatu penitus excluso & eliminato Cosacos conseruant; conditione data, vt in Moſchos armam Regijs exnunc coniungerent.

Libenter omnia acceptantibus Cosacis, ac debitum obsequium pollicentibus, ipse Chmielnicius, Duce Wisnievicio, ac Szumouio, (quod Cosaci, vitæ Chmielnicij cauentes, ab Regijs postulauerant) Obsidibus acceptis, in castra Polona antefacta deprecaturus, ad Duces venit, omnem pollicendo obedientiam, constantiam, ac fidem. Transactioni dato fine, ac Chmielnicio cum suis Cosacis, Regis nomine in gratiam receptis, grates Victori D E O, sucto Catholicis SS.

Ambrosij & Augustini Hymno
persolutæ, ac festo tormentorum
plausu ingeminata, de propè victis
Moscho, lætitiæ argumenta. Eius-
dem suam Chmielnicius, Ducibus
probare studens, ad Cosacos cum
Cetsura Moschis adhærentes, secre-
tos mittit nuntios, se cum suis ad
Regis partes transisse denuntiat,
illum, vt idem extra omnem mo-
ram faciat, seriò adhortatur. Vbi
non ad iocum rem agi videt Cet-
sura, desertis Moschis, ad Polonum
exercitum transire conatur. Inte-
rim Duces obsecrat, securè cum suis,
vt in Regia castra venire sibi lice-
ret: ne Tartari supplices iam, ac
Regi fidos aggredierentur. Sulta-
nus omnem Cetsuræ spondet secu-
ritatem, cohortes etiam Polonæ,
propè Moschorum castra admotæ,
vt Cosacis properè à Moschis fugi-
enti-

entibus, præsidio adessent. At Tartari infita Genti barbarie, datæ Cosacis fidei immemores, in castra Polona properantes sistunt, captis plurimis, ac non paucis cæsis, ac ex ipsis Regijs, qui vim eorum à Cosacis repellere nitentur, nonnullis faucijs. Censura ipse, cum aliquot Cosacorum millibus, ad Regios ægrè peruenit, pluribus eorum, animaduerso eiusmodi Tartarorum flagitio, ad Moschos reuersis. Quamquam & illi, qui cum Ciecira ad Polonos euaserant, per summæ insolentem Tartarorum licentiam, frustra excubantibus, ac defendentibus Regijs, paucis seruatis, reliqui ferè omnes per vim abducti captiui.

Iam Moschi ad incitas redacti, ac machinis vndiq; coarctati, frequentibus ignium missilibus appeti, fame magis exagitante, equi-
nis

nis crudis carnibus vesci coactum
 tum fœtore in tollerabili, qui mor-
 bos contagiosos, ac plurima funera
 inuexerat, afflicti, ablegatis ad Regi-
 exercitûs Duces nuntijs, nullis pro-
 positis conditionibus, se suaq; o-
 mnia, arbitrio victorum permisere.

Poloni exercitûs Duces, de mo-
 do vitæ hostibus donandæ consi-
 lium ineunt, singularem propitijs No-
 minis experti fauorem, quòd aliquot
 septimanarum spatio, eiusmodi bel-
 lum confecissent, quod pluribus an-
 nis ceptum, magno Moschorum
 & Colacorum conatu ac studio su-
 stentatum, ad eum usq; diem ado-
 leuisset: inspectis etiam multis Re-
 gij exercitûs defectibus, ad matura-
 randam cum Szeremetho transactio-
 nem promptiores fuere. Unius
 diei curriculo, supra decem millia
 equorum, partim pabuli inopiâ, par-

tim pluuia, ac alijs cæli iniurijs in
castris Regiorum periëre. Nec mi-
nus Ducum angebat animum, Pe-
ditum com meatus penuria, in aper-
tam eorum famem vergens, quã
demum vrgente, ne in debito va-
cillarent obsequio, tempestiuè pro-
uidebant. Ob eas itaq; rationes,
Moschos, ante nimium feroces ac de-
certa præsumentes victoria, vitã do-
nare decreuerunt. Sustanum pro-
inde, certis Legibus, Moschos sup-
plices, abs se viuos dimitti certior-
rem faciunt, neue publica fide se-
curos à suis quidquam pati permit-
teret, admonent. At Tartarus, v-
bi certas Leges ab Regij exercitùs
Ducibus Moschis præscribi intelle-
xisset, Polonorum virtuti ac Fortu-
re inuidens, transactionem impro-
bat, ac suo Cancellario iniungit,
exercitùs Tartarici Procures conuo-
casset,

caret, (Murzas vocant) quibuscumque deliberaret, num ista Polonorum quam Moschis præberent indulgentia acceptanda sibi, an fouenda inter utrumque Imperium hostilitas. Datis per ordinem sententijs, conclusum, si aliqua Lege Poloni cum Moschis transegerint, euidens illi fore spretæ Tartarorum amicitia argumentum. Quod illi ficti Polonorum amici, ac priuato suo commodo insuantes, eum in modum interpretabantur. Allegati itaque Sustano ad Polonos Duces qui denuntiarent, contemni Tartarorum amicitiam, si cum Moschis transigeretur. At illi, ultra varias rationes, muneribus etiam cohortati remissiùs apud Polonos Duces mandata Sustani promouebant.

Regij interim Duces ad dandas Moschis pacis conditiones, Ducem

Wisnieuicium Beizensem Palati-
num, Bienicium Palatinum Czer-
niehouiensem, Potocium Halicien-
sem Præfectum, Nemiricium Suc-
camerarium Kijouiensem, Szumo-
uuium Sandomiriensem Dapiferum
deligunt. A Moschis etiam sub-
missi Commissarij, Szczerbacius ac
Kozłouius Duces, cum alijs, qui è
castris suis prodeuntes, breui ad
commiserationem composito ser-
mone Regios allocuti. Vitam do-
narent Christiani, eiusdem nominis
confortibus: abstinerent manus ab
eo sanguine, qui auidos eiusmodi
spectaculi Barbarorum oculos pa-
sceret. Viderent quàm pulchrum
illis sit, ac gloriosum ignoscere
iam miseris, satis autem sibi pæ-
narum esse, quòd supplices, ac vi-
tam deprecantes venirent. In il-
lorum esse manu, & arbitrio Mo-
scho-

schorum salutem, cui si pepererint, immortalem apud Posteris reportaturos gloriam: nec eam humani sanguinis parsimoniam, à celo irremuneratam abituram.

Data tandem Moschis pacis conditiones: Ukrainâ totâ excederent. Vrbes, Arces, Fortalitia, ac Præsidia omnia, in manus Regiorum traderent. Extra limites Regni quantocys contenderent. Interim Vexilla, ac Signa omnia, commenta, sclopos, fistulas, oblongas secures, frameas, & omnia in universum arma victoribus relinquerent: ipsis exarmatis, pro totius exercitus usu, ad ligna foco comparanda, nonnisi ducentis securibus permissis.

Accepere conditiones Moschi, miserabili luctu, ac summo animi dolore, eam ignominiam ac dedecus

rec- tus testantes. Cosacorum etiam
eros omni commercio renuntiare iussi,
hu- postquam Vexilla, ac Signa, tum
cz- arma omnia, ad pedes Nemiricij
ita iubentibus Regijs Ducibus,)
acis obieciissent, extemplo Cosacos o-
ede- mnes, Tartaris captiuos permisere,
, ac ex vallo etiam in manus eorum,
gio- precipites dando. Id enim caue-
Re- rant Regij Duces, vt ante omnia
In- illos Cosacos, qui cum Cieciora ad
cor- Polonos, Moschorum coniunctioni
gas pertinaciter insistentes, transire no-
ni- uerant, victoribus traderent. Quod
ue- ab ipsis factum, omnia in bonum
e- Polonorum Cælo ordinante: vt
pa- Cosacorum turpi proditori. talio-
bus nem equipararent Moichi: vt pro-
ditores simul ac proditi, non am-
hi- plius animis coalescerent; immo
mi- mutuâ, magno Polonorum com-
le- modo, diffidentia ac odio, ab inui-
s

cem separarentur. Tartaris
mens, ac sensus fuerat: iniquē
rebant conditionibus cum Moschi
agi: cū bellum magis & odia
inter vtramque Gentem fouero
quā pacis Legibus controuersum
sopire mallent. Alieno quippē ma
lo, ipsi sua augere commoda, ac
vtriusq; Gentis bellicos sumptus
exfugere, seipsos ac Regiones sua
ditare, vberes auferre prædas, ac
tot captiuorum abducere myriades
satiū sibi ducunt: more nonnullorū
rum medentium, qui diuturnum
ægrorum languorem, aut ipsi pro
curant, aut remissè impediunt, vt
morbo in longum protracto, res
suas alieno peculio, & dolore faci
ant meliores. Ducibus itaq; signi
ficant, abnuere conditiones pacis,
quas Moschis præscripsissent, nec
pactis stare velle, quantumuis S.

alia
fe-
schis
dia,
ere,
fiam
ma-
, ac
ptus
suas
, ac
des,
llo-
m-
pro-
vt
res
aci-
ni-
is,
nec
A-
A-

RAMENTO firmarentur. Regis
Duces Moschos Tartarorum, per-
fidie admonent; cauerent sibi, ne-
que fidei eorum quidquam tribue-
rent, qui violato etiam iureiuran-
do in eos vim pararent. Tartarorum barbariem Moschi, ingenti pecuniæ summâ exhibitâ mitigare conati; at nulla ratione flecti poterant illi, quibus nec datæ fideli cura, nec honesti respectus, tantummodò quod vtile idem iucundum. Szeremethus cum exercitibus Moschi Ductoribus, (Woicuidas vocant) tum alijs belli Proce-
ribus, cinctus contra Tartarorum iniurias Polonis cohortibus, castris suis egreditur, seipsum cum Primoribus Moschicis potestati Regionum, in pignus restituendæ Vkrainæ, (si tamen id ab arbitrio Szeremethi pendeat) captiuum permit-

I tit,

tit, remanēte tantisper in castris
 vniuerso Moschico exercitu; cui
 Tartaris tuendo peditatus Poloni
 circumquaq; dispositus attendebat.
 At Reginum in protegendis Mo-
 schis conatus frustrā fuit. Tartari
 etenim ipso insequentis diei di-
 culo, in castra Moschorum irru-
 punt; renitentes Polonos aggredi-
 untur, quorum resistere licentia ac
 libidini, eo rerum ac temporis fu-
 tu planè non licuit. Quantam illi
 lanienam, quot cædes supplicum pe-
 trauerint, quot captiuos abduxi-
 rint, inire rationem sanè difficile.
 Satiùs est inferorum pænas, aut ali-
 quod confusum chaos mente concipi-
 pere, ea Tartarorum immanitatem
 expressum: cùm ne vnus quidem
 Moschis superesset, qui tantæ cla-
 dis nuntius in Patriam reuertens
 sur.

stris suis
; cui à
Polonus,
ndebat.
lis Mo-
Tartari
ei dilu-
irrum-
ggredi-
ntiz ac
oris sta-
tam illi
cum pa-
abduxo-
lifficile.
aut ali-
e conci-
sanitate
idem è
ta cla-
uerrere-

Szeremethum Regij Duces, im-
portunè vrgentibus Tartaris, trade-
re coacti, tribus tantummodò Du-
cibus captiuis, ad Regis arbitrium,
erentis, anxio, ac multùm ingemi-
cente Szeremetho, quòd in manus
barbarorum deuenisset. Quanquam
iusmodi infortunium, nulli alteri,
quam sibi ipsi imputare iure debe-
at. Admonitus enim circa deditio-
nis Leges à Ducibus Regijs, vt cum
Tartaris transigeret, satis sibi ab-
solutè cautum respondit.

Portentum etiam Moschorum
eadem præcessit. Visa est Aquila
minutis, è castris Moschouiticis
exuolans, ac casu à Tartaris ca-
pta, quæ grauem Moschorum obsi-
dionem, atq; ipsius Szeremethi
castrum suis, apud Tartaros, molestam
captiuitatem portendebat.

Et hic finis est Cudnouiensis

belli, planè ab ipso Oppidi cognomine, ad cuius mænia gerebatur admirabilis: aut si aliter interpretari placuerit, Polonis pulcher, & gloriosus. Eius seriem ac modum probè viderant, in castris præsentis Regij Commissarij; quorum in omnibus, ac maximè in dandis Mosis, ac Cosacis pacis conditionibus, spectata erat prudentia. Inter quos Szamouius, neruosis susceptionibus, in hostem multum valebat: qui etiam detexerat, summi impudentem Tartarorum nequitiam, & qua illi fide, arma contra Reipublicæ Polonæ hostes tractarent, aperuerat; dum Tartarum quendam, mentito habitu, ac admodum Cosacorum capillis capite aptatis, personam simulantem, propè Slobodyszczce abs se deprehensum, in castra Regia abduci fecit.

cogno-
batur,
terpre-
er, ac
modum
esentes
in o-
s Mo-
itioni-
In-
s suis
m va-
umme
quiti-
contra
tracta-
rum,
ic ad-
capiti
, pro-
ehen-
fecif.
set.

set. Profectò ea victoriâ, tametsi
summâ Ducum prudentiâ, dexteri-
tate, vigilantia, & ultra hæc, in-
gentibus Campiducis sumptibus,
cum militum indefesso labore, ac
periculorum contemptu parata fue-
rit; eius tamen obtentæ gloria,
Diuinæ Clementiæ, apertè satis Re-
gis causæ fauenti, meritò adscriben-
da Rectè enim totius belli pro-
cessum trutinanti, liquidò constat,
Diuinitus magis, quàm humanitus,
Regi cum datum Triumphum, vt
illis, quæ postmodum subsequutæ
sunt, ipso Rege in castris præsentè,
aut ipsius Ducibus, loco & tempo-
re diuersis, cum hoste rem gerenti-
bus, clarissimis de Moscho repor-
tatis victorijs, Cudnouiensis præ-
loderet. Et quod olim Laudatissi-
mo Principi VLADISLAV IV.
propitio Cælo, datum fuerat, vt

13 vali-

validissimi Moschorum exercitus
 Dux Sehinus, ab ipso profligatus
 vitam tantum pactus, penitus
 armatus, perenne, in omnem posteritatem,
 tanto Victori erigeret Trophæum,
 succedenti in Imperium
 Gloriosissimo REGI IOANNI
 CASIMIRO, ut eius armis, et
 absimili modo stratus Szeremethus,
 perpetuum gloriae Majestatis
 suae fieret monumentum,
 idem donavit.




tercibus
ligatus,
itus ex-
n poste-
et Tro-
erium
ANNI
is, non
reme-
Ma-
au-





Errata corrige


<i>Paginâ</i>	<i>versu</i>		
26	1	ceptæ	captæ
Ibidem	3	armotorum	armatorum
34	10	quærimonijs	querimonijs
35	1	fufuisse	fuisse
Ibidē	11	conactibus	conatibus
45	19	Regipublicæ	Reipublicæ
55	20	seueream	seueram
62	3	illustribus	illustribus
63	18	in esse	in esse
81	20	rubore	robore
96	19	Felice	Feliciano
















BIBLIOTEKA KÓRNICKA

197